






SANUTUS
OPPUGNATIO
ALDINI
I
5
43











BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
ALDINI
I
5
43
RACCOLTA NENCINI


OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Joannis Nencini
1874

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

RECENS LVTHERANARVM ASSERTIONVM OPPVGNATIO, PER MAGISTRVM PETRVM AVRELIVM SANVTVM VENETVM AVGVSTINIANVM.





VENETIIS ANNO DOMINI M D XLIII.

SANCTISSIMO AC CLEMEN-
TISSIMO D. D. PAVLO EIVS NOMINIS. III.
diuina prouidentia Pontifici Maximo exi
guus Christi domini seruus frater Pe-
trus Aurelius Sanutus Venetus,
Augustiniani ordinis post san
ctorum oscula pedum sa
lutem & fœlici-
tatem.

OMNI ope nobis enitendum cen-
seo (sanctissime Pater) ne in ui-
neam domini operarii adsciti dũ
uepribus eã ac tribulis obsitã ue-
luti inertes atq; inanes, cernimus,
tanto eidẽ obesse uideamur, q̃to illam uerbi dei
cultro nõ excolendo infructuosam fore relinqui
mus. Nam & hoc exigit oĩum suprema uirtutum
charitas sine qua (teste Paulo) omnis nostra 1. Cor. 13.
actio aut labor in cassum uertitur, ut quæ alio-
rum sunt potius q̃ nostra sectantes, omnium sa- Phl. 2.
luti toto mentis intuitu atq; animi affectu, in-
tendamus. Quum igitur Lutheranarum asser-
tionum uirus, præ cæteris illius scriptis, qui-
busque aliis non obsistentibus, quinimmo & à
perditionis filiis, suæ mentis ægritudine, con-
temptis, indies amplius conualescat, pluresq;

hominum animas quottidie necare non desinat: etsi me cæteris in oportunis remediis adhibendis minime præferam, eorum tamen male ualetudini, pio semper affectu, salubriter consulendum esse autumaui, ut qui interna infirmitate grauati solidam escam digerere nequeunt, lac saltem salutis in potum quandoq; exugerant. Egi itaq; hac de causa, ut exigua quædam à me iampridem in has hæreses sparsim satisq; rudi stillo conscripta, in unum aliquod opusculum redigerentur, cunctisq; iam impenderem quod nulli antea ostendere sentiebam. Vt quum ea, quæ diuina nobis bonitate in cogitatione sunt tradita errogare ceperimus, adimpleat (ut promisit dominus) atq; accumulet, quod iam dedit: ipse
Luc. 19. quidem dixit, quoniam habenti dabitur. Nam quæ ad hoc opus aggrediendum iam dominus præbuit, quum in proximi utilitatem dispensari ceperint, tanq̃ panis in turbas, iubente domino, fractus, accrescet. Hæc uero mea in. S. Ro. Ecc. hostes prima certamina nulli unq̃ fœlicius securiusq; dicare, atq; fidissimo corde offerre ualuissem, q̃ tibi summo, ueroq; totius Ecclesiæ præsuli, ac firmissimo catholicæ ueritatis clypeo, cuius quippe patrocinio nil mihi formidandum scio. Quæ nempe, si tuæ sanctitati grata fore persensero, potiora quoq; pro tuenda. S. Ro. Ecclesiæ ueritate, toto pectore, subsequi expe-

riar. Nec tamen deerunt, qui ſermonis ſublimi-
tatem atq; elegantiam perquirétes, hos noſtros
conatus ſpernant uel accuſent, quibus ſe obuiam
iam præbet Apoſtolus regnum dei aſſerens nõ 1. Cor. 2. & 4.
in ſublimitate ſermonis aut ſcientiæ ſed in uirtu
te conſiſtere. Quædam autem hic tradita par-
tius, quædam uero etiam præterita uidebuntur,
idcirco, quoniam nondum perfectum aliquod
opus ac abſolutum edere ſtatuerã, ſed fidelibus
tantummodo (omni uerborum luxu remoto) ut
cunq; opem ferre: præ omnibus uerò id conte-
ſtatum uolo, ut quæq; hoc libello à nobis con
ſcripta ſunt, omni pertinacia ſemota, uero ſancti
tatis tuæ iudicio penitus ſubſint.

Clarissimi Domini Capita Illurissimi Consilii X. Habita fide à Reuereñ. domino Legato pontificio, & a N. Viro Federico Valaresso, q Venerabilis Magistri Petri Aurelii Sanuti Augustiniani Tractatus theologicus, cui titulum est, Recens Lutheranarum assertionũ oppugnatio, est catholicus, & ex consequenti in nulla parte contrarius, nec dignitati statuum, nec honestati morum, Concesserunt, q ipsum opus edi in lucẽ & Imprimi possit. Dat. die. 25. Maii. 1543.

D. Iacobus Maurus.
D. Sebastianus Malipetrus. Capita.
D. Laurentius Barbadicus.

Laurentius Rocha Secretarius.

Prima inquisitio.

Secunda inquisitio.

Tertia inquisitio.

Quarta inquisitio.

Quinta inquisitio.

Sexta inquisitio.

Septima inquisitio.

Octaua inquisitio.

Nona inquiſitio.

Decima inquiſitio.

Digreſſio prima.

Secunda digressio.

Tertia digressio.

Quæ in obiectionum reſponſionibus continentur.

Responsiones ad Hæretici litteram.

Finis Tabulæ.

DE DIVINAE SCRIPTVRAE INTELLIGENTIA.

CATOLICVS ATQVE HAERETICVS.

HAERETICVS.

SEPOSITIS SACRIS litteris solis commentariis hominum mersi sunt, non quid sacræ litteræ, sed quid illi in sacris sentirent querentes. Quare super hac re utile fuerit pauca conferre, primum, si nulli licet sacras litteras suo spiritu interpretari, cur ergo non obseruant, nec Augustino, nec ulli patrum idem licuisse. Et qui scripturas sanctas secundum Augustinum, & non Augustinũ potius secundum scripturas sanctas intelligit, sine dubio secundum hominem & spiritum proprium intelligit.

CATHOLICVS.

Quæ in diuinis scripturis nulla occultioris sensus obscuritate uellantur, magisq; in uocis ac Respon. 1.

litteræ ſuperficie intellectus ſuos ſtatim præfe-
runt, nullo quidem interprætantis indigent pa-
trocinio. At quæ ſecretioribus ſunt obſcurata
myſteriis, niſi ueluti Chriſti Apoſtoli Spiritu
Sancto qui perlegunt repleti ſint, uel ſicut An-
tonius ille Aegyptius monachus, qui pecculiari
gratia abſq; ulla litterarum ſcientia, diuinas ſcri
pturas & memoriter audiendo tenuiſſe fertur,
& prudenter cogitando intellexiſſe, abſq; duce
homine noſce nequaquam eſt præſumendum.
Immo uero quædam ullo pacto ad ſalutarem in
terioris hominis cibum, ſine corruptionis labe
Lucæ. 22. peruenient, ueluti illud Saluatoris, Qui non
habet gladium, uendat tunicam & emat gladiū.
Ex quorū perceptione leſio aliqua magiſquam
utilitas ſubſequi poſſet, niſi allegorica explana-
tione ſpiritualiſq; intelligentiæ examinatione
per hominem quempiam eruditum diſcuſſa fo-
rent. Vnde & diuus Auguſtinus primo de do
Aug. Cap. 1. ctrina Chriſtiana, eos arguit, qui nullis aliorum
monumentis inſtructi quæcūq; in ſcripturis ſan-
ctis obſcura ſunt, diuino ſe munere intelligere
gloriantur, has aſſerens eſſe inimici uerſutias ſu-
perbiſſimaſq; necnon & periculoſiſſimas tempta
tiones, à quibus euigilantiſſime nobis cauendū
eſt, ne huiuſmodi peruerſitate decepti ad ipſum
quoq; Euangelium audiendum atq; diſcendum
in Eccleſias ire nolimus, uel codicem legere,

aut docentem hominẽ prædicantem uæ audire: expectemusq; rapi (ut Paulus) usq; ad tertium cœlum in corpore uel extra corpus (ut inquit ille) & ibi audire ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui, aut ibi uidere dominũ Iesum Christum, & ab eo potius quàm ab hominibus audire euangelium, magisq; (ut inquit) cogitemus Apostolum Paulum, licet diuina & cœlesti uoce prostratum & instructum, ad hominem tñ missum esse, ut sacramenta perciperet, & copularetur Ecclesiæ. Et Centurionem Cornelium (inquit) quamuis exauditas orationes eius elemosynasq; respectas ei Angelus nunciauerit, Petro tamen fuisse traditum imbuendum, per quẽ non solum sacraméta perciperet, sed etiam quid credendum, quid sperandum, quid diligendum esset, audiret, quæ quidem omnia (ut ibidem ait) geri utiq; poterant per angelum, sed abiecta esset humana conditio si per homines hominibus uerbum suum Deus ministrare nolle uiderur. Sic etiam si totum quod hominibus discẽdum est, tradit uellet de cœlo atq; per angelos personaret, de humano templo responsa non redderet, nec uerum esset illud Pauli, templum Dei sanctum est quod estis uos: Charitas quoq; non haberet aditum, ut sibi inuicem humani animi refunderentur, ut docendo uel addiscendo per homines fit. Non'ne & Apostolus Paulus

2. Cor. 12.

Act. 9.

Act. 10.

1. Corin. 3.

Act. 22. ad pedes Gamalielis legem Moysi & Prophe-
tas se didicisse gloriatur, ut in Apostolorum
actibus legitur. Verum est igitur quod ais nec
Augustino, nec ulli patrum licuisse sacras litte-
ras proprio spiritu interpraetari, quum et eos re-
ctè increpent, qui absq; duce homine eas prae-
sumpserit intelligere. In exponendis itaq; sa-
cris scripturis eis Augustinus innixus est, qui
2. P. 1. (ut Apostolus Petrus ait) Spiritu Sancto in-
spirati loquuti sunt. Quare diuinam scripturam
secundum eum intelligere, erit diuino spiritu
& non secundum hominem ipsam cognoscere.

HAERETICVS.

Si autem scripturas non licebit secundum pro-
prium spiritum intelligere, multo minus lice-
bit Augustinum secundum proprium spiritum
intelligere, quis enim nos certos faciet, an re-
ctè Augustinum intelligas? Dandus ergo erit
alius interpres Augustino quoq; ne proprius spi
ritus fallat in illis libris. Quod si ita fieri op-
portet dandus est & tertio quartus interpraes,
& sic in infinitum. Et coget nos proprii spi-
ritus periculum nil unquam discere uel legere,
id quod certe impletum est, dum primo negle
ctis sacris litteris, soli Augustino insudatum est,
& post, hoc non intellecto & neglecto, Tho-

mas Aquinas regnauit, & hunc alii sine fine interpraetes sequuti sunt.

CATHOLICVS.

Nec sacras litteras nec Augustinum proprio interpraetantis spiritu licebit agnoscere, sed scripturarum spiritu, qui utiq; sanctus est, & unus utriusq; interpraes, quem quisq; humilis ac pius Catholicus assequi potest. Nam uera atq; immobilis cordis humilitas est à nobis primitus consequẽda, si ad sinceram scripturarum notitiã cupimus peruenire, ut non ad eam, quae inflat scientiam, sed quae illuminat nos deducat. Tũc quidem sacrum spiritalis scientiae tabernaculum in corde nostro erigimus, quum nos ab omni uitiorum sorde purgatos, externis saeculi curis exuere nitimur, quibus sanè euulsis è cordis nostri occulo, passionum uelamine sublato, obscura scripturarum sacramenta nobis illico illucescunt. Impossibile enim est eum uerae scientiae donum promereri, qui ex humana laude studio lectionis insistit: quam propriis uirtutum actibus referti, legisq; intelligentiam de fructu operis iustè conquirentes, ac cum Psalmographo dicentes à mandatis tuis intellexi, post multa laborum stipendia assequntur. Quidam enim quoniam disputandi sciẽtiam ac peritiam,

Respon. 2.

Quibus medijs obscura scripturarum sacramenta à Deo nobis patefiant.

ſermoniſq; affluentiam adepti, ornatè poſſunt quæq; uoluerint, ac copioſe diſſerere: ſpiritalem ſcientiam poſſidere creduntur, qui tamen cœleſtium dictorum archana profundaq; myſteria, oris ſui facilitate ſermoniſq; nitore, penetrare ne queunt. At qui omni terrena contagione ac affectione ſepoſita aſsiduum ſe ſcripturarum ſtudio in ſolius Dei gloria proſpiciens, ueluti Auguſtinus reliquiq; ſcripturæ interpræetes, mancipauit, hic ſancto ſcripturarum ſpiritu ſacras litteras utiq; percipiet, alioſq; eodem ſpiritu edoctus, edocere poterit, quo quippe duce nullum erit amplius aberrandi periculum.

Nota contra loquaces in eloquẽtia confidentes.

Quomodo ex aſſiduo ſcripturarum ſtudio ſpiritus ſanctus obtinetur.

HAERETICVS.

Quum ſic potius ſit intelligendum, ſcripturas non niſi eo ſpiritu intelligendas eſſe, quo ſcriptæ ſunt: qui ſpiritus nuſquam præſentius & uiuatius, quàm in ipſis ſacris litteris ſuis quas ſcripſit, inueniri poteſt. Danda ergo fuit opera non ut ſepoſitis ſacris litteris, ſolum humanis patrum ſcriptis intenderemus, immo contra, primum ſepoſitis omnium hominum ſcriptis tanto magis & pertinatius inſudandum erat ſolis ſacris, quo præſentius periculum eſt, ne quis proprio ſpiritu eas intelligat, ut uſus aſsidui ſtudii uicto periculo eiuſmodi, tandem certũ

nobis faceret spiritum scripturæ, qui nisi in scri-
ptura prorsus non inuenitur. Hic enim posuit latibulum suum, & in cœlis, id est Apostolis tabernaculum suum. Et Psalmo. 1. Vir beatus in hoc laudatur, q die ac nocte nõ in aliis libris, sed in lege domini meditatur. Scriptum est etiã q Moysi facies glorificata fuit è consortio sermonis Dei: non utiq; è consortio sermonis hominum etiam sanctissimorum qui tunc erant.

CATHOLICVS.

Præsens utiq; est in suis sacris litteris Spiritus Sanctus, at non pasim sese cunctis offert. Nam Ezechieli apperiebantur cœli, qui peccanti populo claudebantur, inquit enim Saluator: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, qui abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, id est humilibus, quoniam humilitas ad sapientiam disponit, nam in Prouerbiis scribitur, ubi est humilitas ibi & sapientia. Paulus quoq;, sapientiam (inquit) loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius sæculi, neq; principum huius sæculi qui destruũtur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est. Et infra, quã (inquit) nemo principum huius sæculi cognouit. & subdit. Nobis autem reuellauit Deus per spiritum suum. Vn-

Respon. 3.

Math. 11.
Plura quibusdã diuinitus reuellata alijs abscondita.

Prouer. 11.
1. Cor. 2.

Psal. 119. de & Psal. Reuella oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Quum enim lex spiritualis sit, assidui studii usus ad illius intelligẽtiam, siue spiritualem intellectus splendorem acquirẽdum, non sufficit, sed reuelatione diuina opus est ut percipi possit: ut reuelata facie gloriam domini contemplemur. Quàm plures enim se litteras sacras nosse arbitrantur, nec tamen signatum librum aperire possunt, quousq; eis Dei filius resserauerit. Sic quidem & sanctus Eunuchus ille qui Esaiam legens non intelligebat, non enim per angelum quod non intelligebat, expositum est, aut diuinitus in mente absq; hominum ministerio reuelatũ, sed diuina potius suggestione ad eũ Phylippus missus est, qui Esaiã nouerat, eiq; in scriptura illa, quod tectum erat, apperuit. Quis autem nostrum hac tempestate hoc spadone sanctior ac scripturarum studio magis assiduus, qui lõgo itenere fessus etiam in uehiculo sacras perlegat litteras. Et nihilominus eum quem in libro nesciens admirabatur, claususq; latebat in littera, absq; doctore non didicit. Non'ne & plura accutissima Hæreticorum ingenia, quoniam spretis patrum commentariis, se ipsis sacras litteras addiscere ausi sunt, in errantium pelagus demersi sunt? Opus itaque erit ut scripturæ diuinæ spiritus quopiam nobis duce, cui se primo obtulisse

Nõ semper nec omnibus ex scripturarum studio intellectus facies resplẽdet.

2. Cor. 3.

Act. 8.

dignoscitur, elucescat.

HAERETICVS.

Præterea quum credamus Ecclesiam sanctam Catholicam habere eũdem spiritum fidei quem in sui principio semel accepit, cur non liceat hodie aut solum aut primum sacris litteris studere sicut licuit primitiuæ Ecclesiæ. Neq; enim Augustinum aut Thomam legerunt.

CATHOLICVS.

Paucis iam mihi in hac re tecum erit contendendum, quum ex præhabitis nostris fundamentis cuncta, quæ abste adducentur facillime dissoluantur. Occulta enim diuinæ scripturæ mysteria etiam in Ecclesiæ nascentis exordio Paulo Apostolo, Cornelioq; atq; Eunucho aliisq;, Dei mandato fuisse per hominem reuelata satis ostẽdimus. Nec unquam defuit, qui diuino spiritu secreta Dei panderet sacramenta. Nam & Christi discipuli ab eodem primitus eruditi deinde Spiritu Sancto edocti, dicẽte Domino: Quum uenerit Paraclitus ille spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem, primos Ecclesiæ patres uitæ sanctimonia præditos instruxerunt, hiq; demum alios, ut semper quopiam monstrante semi

Respon. 4.

Ioan. 16.

tam diuina ſcriptura pateſieret. Nunquam itaq; primitiuæ Eccleſiæ patribus licuiſſe dignoſcitur uerum ſcripturæ ſenſum, ſpprætis interprætibus haurire. ſi quis autem uſq; adeò Dei amicus ut Moyſes, repertus eſt, ſpiritalis faciei candorem, è diuinis litteris, utpote Deo loquentes, Dei gratia, reportare poſſe non ambigo, at eiuſmodi Dei donum, non ſpretis patribus, ſed cordis ſui puritate, conquireret.

HAERETICVS.

Aut dic ſi potes, quo iudice finietur queſtio, ſi patrum dicta ſibi pugnauerint, opportet enim ſcriptura iudice hic ſententiam ferre, quod fieri non poteſt, niſi ſcripturæ dederimus principem locum, in omnibus, quæ tribuuntur patribus, hoc eſt, ut ſit ipſa per ſeſe certiſsima, facilima, apertiſsima, ſui ipſius interpræs, omnium omnia probans, iudicans & illuminans, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 118. declaratio, ſeu (ut Hæbreus proprie habet) apertum ſeu oſtium uerborum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Hic clarè Spiritus tribuit illuminationem, & intellectum dari docet per ſola uerba Dei, tanquam per oſtium & apertum ſeu principium quod dicunt primum à quo incipi oporteat ingreſſurũ ad lucem & intellectum. iterum, principium ſeu

caput uerborum tuorum ueritas, uides & hic ueritatem tribui, non nisi capiti uerborũ Dei, hoc est si uerba Dei primo loco didiceris, & eis uelut principio primo usus fueris pro omnium uerborum iuditio. Et quid facit octonarius ille totus, quàm ut peruersitate nostri studii damnata nos reuocet ad fontem?

CATHOLICVS.

Respon. 5.

Duo unica ratione dissoluenda proponis, primũ quod quum sanctorum patrum sibi dicta repugnant oportet scriptura sacra iudice ferre, sententiam. Ex hoc secundum infers, scripturam sanctam, se ipsa facilimã apertissimamque esse. Dicimus itaque primo, diuinam scripturam perfectionis ordine principem quidem locum obtinere, cui tanquam capiti omnium aliorum sermonum ueritas ascribatur, at adiscendi ordine, posteriorem. Quare scriptura sacra per sanctos interpraetes primitus cognita ad doctorum repugnantiam auferendã, ueluti iudice, uti poterimus. Secũdo uero, pdifficilẽ ac usque adeò obscuram esse asserimus ipsam, ut & discipulis suis ipsemet Saluator eam interpraetari maluerit, nam si (ut ais) facilis esset, non utique intellectum petiisset Dauid, ut eam perscrutari posset dicens. Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam. Nec Apostolus Pe-

Mar. 16.

Psal.

2. P. ul.

trus Epiſtolas Pauli comendans diceret. In qui bus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant ad ſuam ipſorum perditionem. Neq; Paulus ad Ephe. ſcribens, ſibi orationis ſuffragia pro Euangelii myſterio declarando poſtulaſſet dicens, orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo uigilantes in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus ſanctis & pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſterium Euãgelii: non enim fidutiam petit Paulus, ſed ſermonem ad Euangelii myſteriũ explicandum. Neq; etiam rectè interprætaris quod Pſalmographus ait, ſcilicet, Declaratio ſeu oſtium apertum uerborum tuorum illuminat: non enim ideo uerborum Dei oſtium uel apertũ dicitur, quoniam ſe ipſo, abſq; monſtrante homine, ac diuina reuelatione manifeſtum ſit: ſed quia quum nobis ab interpræte aliquo ſancto, datur oſtium, id eſt aditus uel apertio ad diuina uerba, quum ſcilicet ea nobis patefiunt aut declarantur, tunc eiuſmodi ſcriptura ſeu uerborum Dei interprætatio, nos quippe illuminat, ut & reliqua inttelligamus, quoniam ex uno diuinæ ſcripturæ rectè cognito, ad cætera capeſcenda illuſtramur. quibus ſanè interprætationibus quum, ipſis diuinis litteris, perdiſcendi uia, lucidiores exiſtãt, impiorum cæcitas utiq; auferretur.

Eph. ul. idem ad Coloſ. 4. apertius.

HAERETICVS.

Sint ergo Christianorum prima principia non nisi uerba diuina, omnium autem hominum uerba conclusiones hinc eductæ & rursus illuc deducendæ & probandæ.

CATHOLICVS.

Non semper sacrorum interpretum comenta ut scripturarum conclusiones habenda sunt sed, illustrationes potius ac expositiones dicende, neq; erit indecens, postquam sanctorum æditionibus, diuina uerba didicerimus, quasdam inde conclusiones, ueluti à nobis in secundo progressu notioribus educere, sicq; omnium uerba iudicare, probareq;. Respon. 6.

HAERETICVS.

Quod si non ita sit, cur Augustinus & sancti patres quoties uel pugnant uel docent, adsacras literas, ceu prima principia ueritatis recurrunt, & sua uel obscura uel infirma, earum luce firmitate illustrant & confirmant, quo exemplo utiq; docent, uerba diuina esse apertiora & certiora omnium hominum etiam suis propriis uerbis, aut quæ non per hominum uerba, sed hominum

uerba per ipsa doceantur, probentur, apperiãtur, & firmentur. Nisi enim ea apertiora & certiora ducerent, ridicule sua obscura per obscuriora Dei, probare præssumerent, quum & Aristotiles istorum, uniuersusq; naturæ sensus, id monstrent: q; ignota per notiora, & obscura per manifesta demonstrari oporteat.

CATHOLICVS.

Respon. 7.

Sunt (ut iam liquet) diuina uerba certiora in se atq; illustriora quibusq; hominum uerbis, nobis uero sanctorum expositiones magis notæ, non ea tamen diuina scriptura cognitæ, quàm exponunt, sed per alia diuina uerba, aliis interpraetationibus, intellecta, illustrantur firmantur'ue, quæ nihilominus antea nobis oscura fuissent, nunc uero magis nota, quàm ea scripturæ pars, quæ enucleanda foret: quo pacto etiam hominum scripta sæpius roborantur per ea, quæ prius ignotiora fuerant, nunc autem magis nota ac credibilia.

Videlicet in. 2. progressu non in pri.

.S. expositiones firmantur.

.I. diuina uerba magis nota= nunc.

HAERETICVS.

Iam quanti errores in omnium patrum scriptis inuenti sunt, quoties sibi ipsis pugnant? quoties inuicem dissentiunt? quis est, qui non sæ-

pius ſcripturas torſerit? quoties Auguſtinus ſolum diſputat, nihil diffinit? Hieronymus in cōmentariis ferè nihil aſſerit. Qua autem ſecuritate poſſumus alicui niti quem cōſtiterit ſæpius erraſſe, & ſibi & aliis pugnaſſe, ſcripturis uim feciſſe, nihil aſſeruiſſe niſi authoritate ſcripturæ nos omnia eorum cum iuditio legerimus. Nullus attigit ſcripturæ æqualitatem.

CATHOLICVS.

Sacer ille ſpiritus, qui ſanctorum ora in diuinis litteris exponendis loquutus eſt, etſi in his, quæ aut de ſubſtantia fidei, aut de neceſſitate ſalutis ſunt, eos errare non ſinerit, ut ſe tamen quandoq; fragiles mendatioq; obnoxios agnoſcerēt, diuerſa eos opinaſſe, atq; in ſcripturis ſanctis nō eandem ſancti ſpiritus illuſtrationem habuiſſe permiſit. Non uſq; adeò tamen, ut eorum ſcriptis, quempiam ad hæreſim uſq; deducerent. At quum eos de diuinis litteris recta ſanctaq; ſcripſiſſe, cum miracula tum uitæ ſanctitas, approbet, cui quoq; Eccleſiæ decreta atq; concilia accedant, nec quiſpiam eorum error periculoſus exiſtat, eorum expoſitionibus ſeccurius initi poterimus. Reſpon. 8.

HAERETICVS.

In qua re præclarísſimum exemplum habeo Augustíni, quem ſæpius adduxi, & quia ſurda eum aure tranſeunt ſæpius inculcare oportet, ubi dícít in Epíſtola ad díuum Híeronymum. Ego ſolis eis libris, qui canonící dícuntur, eum deferre honorem dídící, ut nullum eorum ſcríptorem erraſſe firmiter credam, cæteros uero quantalíbet, ſanctitate doctrínaq; præpolleant, íta lego ut non ídeo uerum credam, quía ípſi ſic ſenſerunt, ſed ſi per canonícas ſcrípturas, aut ratíone probabílí míhí perſuadere potuerunt. Cur non & hunc Auguſtínum arrogantía arguunt? quí prorſus omnes ad unum tractatores ſcrípturæ contemnere audet, quatenus ſcrípturís & ratíonibus non perſuadent, & nobis ídem facíendum docet libro de Trínítate dícẽs. Nolí meís

Libro. 3. littería uelut canonícis ínſeruíre.

CATHOLICVS.

Reſpon. 9. Hæc ſiquídem Auguſtíní auctorítas, tíbí míníme famulatur, quum non cunctís aſſerat ſepoſítis ínterpræꝛtíbus, ſolí ſcrípturæ ínſiſtẽdum eſſe, ut probare conarís, ſed & ſanctorum auctorítatíbus atq; edítíoníbus canoníca ſcríptura, aut etiã probabílí ratíone firmatis, hís quoq; ínterpræꝛtíbus

tíbus

tibus fidendum erit, qui magna in ſcripturis ſacris concordia connexi, idem ſentiunt, quum hoc nimirum non niſi ab eo qui pacis eſt ac unionis ſpiritus eſſe poſsit.

HAERETICVS.

Et Hilarius uel inter primos patrum in ſuo de Trinitate dicit. Optimus interpræs hic eſt, qui ſenſum è ſcriptura potius retulerit, quàm attulerit, nec cogat hoc in dictis, quod ante intelligentiam docere præſumpſerit. Ecce hic inſignis author uult è ſcripturis referri & non afferri in ſcripturas intelligentiam. Non ergo hoc eſt elucidare ſapientiam (de quo gloriantur) multa patrum dicta congerere, & ex his ſcripturam intellectam præſſumere, ſed è ſcripturæ intelligentia recta, & per ſui ipſius ac ſolius collationem elucidata, illorum dicta iudicare.

CATHOLICVS.

Cur ſanctorum dicta patrum recenſes? eoſq; fateris inſignes, ſi ipſorum interpræta tiones abiiciendæ ſint? ac ſi illæ reiiciendæ, quomodo tuæ acceptandæ? Nec patrum dicta congerere, eſt ſcripturæ ſanctæ proprium ſui ipſius ſenſum afferre, ſed eam è ſcriptura intelligentiam repor- Reſpon. 10.

tare, quàm & ípsi patres Spíritu Sancto edoctí ex ea retulerunt, atq; à cunctís reportandam fore monuerunt. Ecce ígitur quàm mirè doctor híc nobís apertè faueat, & ínte sententíam ferat.

HAERETICVS.

Quod si ut hoc auderemus & deberemus, Augustínus & Hílarius aliiq; nō docuissent. Nonne Paulum habemus ad Thesalonícē. dícentem. omnía probate, quod bonum est tenete. Et Galatas prímo, si quís alíud euangelizauerít præter íd quod accepístís, anathema sit. Et. 1. Ioan. 3. probate spírítus an ex Deo sint, has certe Apostolícas monítíones necesse est omnes contemnere, si quælibet patrum dícta oportet absq; iudítío ad míttere, íudítío ínquàm spíritus quod nullí nísi sacrís lítterís uoluít recludí & contíneri.

CATHOLICVS.

Respon. 11. Sí enim omnía probanda sunt, ut æquum est, & tua approbata non sunt, despícienda ígitur erūt, at díces. íudítío spíritus, solís sacrís lítterís contentí elucídanda sunt. Sed ubí nam íd ostendistí? cernas depræcor quo iudítio spíritus has Apostolícas tradítíones enodaueris? Nam si solo eo spíritu sanctís lítterís ínclusо, cuncta sunt

iudicanda, quomodo has nesciétes litteras, quæ uera, quæ bona, quæ'ue salutaria sint, experientur? aut sapientibus tantummodo Paulum loquutum esse dices, quod falsum est, aut ab his simplices didicisse nobiscum fatearis oportet. Plures itaq; experiendi quæ salutis sunt uiæ fidelibus ascribentur, ut scilicet interioris hominis spiritu omnia probent. d. cum Psalmographo. Audiã quid loquatur in me dominus Deus uel etiam ex finis siue operis euentu diiudicent, dicente domino, a fructibus eorum cognoscetis eos. Sic.n.& fides nostra miraculorum uirtute firmata est. Nisi enim signa et prodigia uideritis nõ credetis, inquit dñs, temporis quoq; diuturnitate salutares cogitationes diuinis .s. mandatis conciliisq; dignoscuntur conformes: quæq; etiã Euangelio contraria forent, Euangelio quippe discussa contemnenda sunt, sed & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, conciliis, decretisq;, ambigua omnia, salutiq; nostræ proficua discernenda sunt atq; ordinanda. Ita sanè Apostolicæ monitiones diuino spiritu ĩtellectæ tibi oppositæ, nobis proficuæ redduntur. Sanctorum etenim patrũ eruditiones interno spiritu dictatæ, eorum uitæ sanctitate excussæ, diu iam ab Ecclesia receptæ ac approbatæ, sacris litteris consones, non ultra examinandæ, quinimmo ab omnibus amplexandæ sunt.

Plures fidelium probandi modi.

Math .7.

Ioan. 10. opera quæ ego facio ipsa testimoniũ perhibent de me

San. Rom. Eccl.

Omni probationis uia patrum dogmata probata sunt.

HAERETICVS.

Atq; ut latius quid mirentur dicam. Legimus in actis Apostolorũ q hii, qui cum auiditate uerbum Pauli audierant, quottidie scrutabantur scripturas, si hæc ita se haberent, Si ergo Pauli Euangelium seu nouum testamentum oportuit probari per ueterem scripturam an ita haberet, qui tamen authoritatem habuit à Deo sibi datam, sicut Apostolus, ut eius uerbo crederetur, quid nos facimus, qui patrum dicta, quorum nulla fuit authoritas noua docendi, sed tantum accepta per Apostolos conseruandi nolimus ad scripturæ iuditium uocari.

CATHOLICVS.

Respon. 12. Apostolis Christum ueteri scriptura prænunciatum prædicantibus, ac prophetarũ dicta iam ex tunc adimplenda asserentibus, scripturas illas oportuit perscrutari, ut quæ noua uidebantur prophetarum scriptis, ut asserebatur forent conformia, modo uero nil nouiter credendum à sacris expositoribus eo pacto denunciatur. Sed quæ iam de Christo asserta sunt, atq; approbata dilucidantur. Neq; prius sanctorum patrum dogmata ab Ecclesia fuere approbata, quàm sacris litteris consona uiderentur: quicquid etiam

noui in exponendis ſcripturis modo emerge-
ret, ad ipſarum iuditium erit aduocandum. Ab
Eccleſia autem iam ſemel admiſſum, uti ſanctæ
ſcripturæ conſentiens, non eſt ultra eiiciendum.

HAERETICVS.

Deniq; non ſolum Paulus ſua omnia per uetus teſtamentum probat, ut in Epiſtolis eius abunde uidemus, adeò ut in prohæmio Epiſtolæ ad Rom. teſtetur. Euangelium ſuum prædictum in ſcripturis ſanctis per Prophetas. Sed & Petrus & omnes Apoſtoli etiam concilio congregati, per ſcripturas ſua demonſtrant. Quin & ipſe Chriſtus omnium dominus uoluit, per Ioãnis teſtimonium comprobari, & uoce patris de cœlo confirmari, adhuc tamen fræquentiſſimè ſua perſuadet teſtimoniis ſcripturæ, iubens etiã Iudæis ut ſcrutẽtur ſcripturas, quæ teſtimonium perhibeant de eo. Act. 15.

CATHOLICVS.

Vero ſcripturarum intellectu percepto, quæ diuinis litteris firmari queunt, firmanda utiq; ſunt, at quæ pro ſui robore ſcripturam non habẽt, eiq; potius conducibilia ſint quàm oppoſita, hæ ra- Reſpon. 13.

tionibus, exemplis, approbatisq; Ecclesiæ consuetudinibus, comprobantur. Sic quidem Saluator noster, sic & Paulus obseruauit. Nec quispiam scripturas sacras interpretum testimoniis asserit astruendam, quoniam in cœlo radices suas uel fundamenta tenent, hunc nihilominus, uel illum scripturæ sensum, patrum authoritate probamus.

HAERETICVS.

Alioquin si pontificibus aut doctoribus solum sistendum est, nec ad scripturæ tribunal uocandi sunt, cur non scripturas sanctas explodimus tanquam superfluas & obscuriores, quàm ut eas possimus consequi. Eodem exemplo tandem & sanctos patres repellamus, receptis in locum eorum apertioribus (ut iactant) Theologis scholasticis, donec & his abiectis, Aristotilem, et quo quis remotior à sacris litteris & sanctis patribus fuerint, duces habeamus, sicut reuera habuimus & habemus. Tum & re uera erit ut scripturas sanctas non solum proprio spiritu non interpretemur, sed nihil nisi ut proprium spiritum scripturis in totum incognitis, reliquum teneamus, & meris opinionum nostrarum turbinibus & procellis sine fine agitemur.

CATHOLICVS.

In intelligendis sacris litteris, sanctis interpræ tibus, potius quam propriis uiribus fidendum est, illis demum rectè cognitis, magisquam in- terpræetibus adhærendum, in his (inquam) quo- rum scriptura meminit. Quamobrem nec diui- na scriptura abiicienda est, nec sancti interpræ- tes explodendi: quinimmo scriptura per inter- præetes sane intelligenda. Ad quàm uere per discendam omnium hominum scriptis tan quam eius ancillis nobisq; notiori bus, non tamen eccellentioribus, quibus diuinis repulsis si- stamus, uti non in con uenit. Sed iam ad alia tran- seamus. Respon. 14.

SECVNDA
INQVISITIO.

AN SOLA FIDES VEL ETIAM SACRAMENTA IVSTIFICENT.

HAERETICVS.

Hæretica eſt, ſed uſitata ſententia, ſacramenta nouæ legis dare gratiam illis qui non ponunt obicem.

CATHOLICVS.

Reſpon. 1.

Ratio perfectionis ſacramentorum quia. ſ. a diuinæ gratiæ fonte, quia in tẽpore plenitudinis gratiæ.

Perfectiſſima noſtræ ſalutis lex, à Mediatore Dei & hominũ, ac legis latore, diuinæq; gratiæ fonte, pro reconciliando ac liberando homine, in temporis plenitudine condita, quo ſcilicet humano generi diuina gratia eſt exuberantiſſimè elargita, non niſi perfectioni ſuæ confirmia, continet ſacramenta. Quibus ueluti ſummi opificis inſtrumentis, ex oſtio deificæ archæ, dextro ſcilicet Chriſti uulnere, emanatis, atq; eidem per ſuſcipientium fidem coniunctis, reconciliatio, emundatio, liberatioq; noſtra aſsidue ſubminiſtratur.

ſtratur. Neq; ea ſacramenta quampiam fideli-bus gratiam conferre aut efficere dicendũ eſt, quàm quod dignè illa ſumentibus, iuſtificantem gratiam tribuunt, dei namq; uirtutem, eiuſmodi gratiam, efficientem, continuo habent concomitantem, quod Auguſtinus quoq; affirmare uidetur, libro de ciuitate Dei dicens. Spiritus operatur intrinſecus, ut ualeat aliquid medicina quæ adhibetur extrinſecus. At quum ex eo monſtrare contendas ſacramenta non dare gratiam, quoniam ſola fides iuſtificet, ideo ut Eccleſiæ Catholicæ ueritas è ſcripturæ pelago limpidiſsime ſplendeat, quidnam recte de hominis iuſtificaficatione ſit ſentiendum, ex adductis à te ſcripturis, ſanè intellectis, antea perſcrutabimur, primo tamen dicimus eam nos tantummodo hic iuſtificationem intendere, qua diuina bonitas ex peccatoribus, ſpiritali animæ uita adepta, pro iuſtis nos computat. Credentis ſiquidem uoluntas ſperãtiſq; Chriſti merito ueniam peccatorũ, diuino irradiatur ſpiritu, ut terrenis ſpretis uoluptatibus, uitiiſq; repulſis, bonis uitæ actibus in Dei charitatem continuo ſemper proficiens, ſe ſe exerceat, quo fit, ut ſpiritalis animæ languoris ſalutem, interioriſq; hominis ſaluberrimam innouationem obtinens, peccato mortua, uiuat cum Chriſto, indeq; nouus oriens homo, mundo crucifixus, cum Chriſto conſepultus, ipſum in cor-

Aug. de ciuit.
Ratio. efficaciæ Sacramẽtorum quoniam. ſ. inſtrumenta Dei, a Chriſti paſsione deriuata, Eidem per fidem coniũcta, uirtutem efficiendi gratiam habentia.

Rom. 6.
Galat. 6.

de per fidem inhabitantem habeat, cui fideliter adhærens unus ſpiritus fit cum eo, iamq; non
1. Cor. 6. terrenis amplius obtuſus affectibus, ſed cœleſti ſpiritaliq; uita uiuens iuſtorum numero Dei clementia aſcribatur, ſed iam ad congreſſum properemus.

HAERETICVS.

Scriptura dicit Roma. 1. Abachuc. 2. Hæb. 10. iuſtus ex ſua fide uiuet, & non dicit, iuſtus ex ſacramentis uiuet.

CATHOLICVS.

Reſpon. 2. Opere prætium eſt, ut quemadmodum prauæ operationis cauſa, qua in interitum detruditur impius eſt incredulitas, ut Eſaie ſcribitur ſcilicet, qui incredulus eſt, infideliter agit: atq; Aba
21. Abach. 2. chuc, de adhibenda reuelandæ uiſioni fide, diuinus ſpiritus ait: qui incredulus eſt non erit recta anima eius in ſemetipſo: ſic quoq; rectè uitaliſq; actionis qua ad cœleſtem beatamq; uitam iuſti perueniunt, radicale principium, origo ac fundamentum, uelluti ſperandarum ſubſtantia rerũ, ipſa fides exiſtat. Ideoq; Sanctus Spiritus Abachuc. 2. optime ſubinfert, iuſtus autem meus ex

ſua fide uiuet, quod quidem iuxta ſeriem textus ſecus interpraetari non poteſt quàm, ut de uiſione illa ibidem deſcripta non diffidens, in uitæ operibus perſiſtet ac perdurabit, expectans ſcilicet uiſionem impleri, quum & ſupradixerit. Si moram fecerit expecta eum ſcilicet uiſum. Nec quippe otioſa boniſq; operibus uacua cunctatio illa, diuino ore prolata autumāda eſt; hanc equidem ſecum non pateretur ipſa uiua expectationis fides. Eodem quoq; ſenſu Pau. ad Hæbr. Hebr. 10. fideles ad conſtantiam patientiamq; ac firmam rerum promiſſarum expectationem boniq; operis perſeuerantiam, cohortans, iuſtum aſſeruit ex ſua fide uiuere. Idem Rom. 1. Chriſti Euangelium dei uirtutem in ſalutem omni credenti eſſe aſtruens, Dei iuſtitiam cenſuit in homine credente perfectiori ſemper fide operante: ſicq; ex fide in fidem diuina mandata exequendo accreſcente, reuellari, uidelicet per iuſtitiæ opera patefieri. Veluti etiam diuinam iram ſuper incredulorum hominum impietatem atq; iniuſtitiā, tunc decerni uoluit, quum eos in reprobum ſenſum Deus uſq; adeò tradiderit, ſcilicet tradi permiſerit, ut ea faciant quæ non conueniunt, ex iniquitate ad iniquitatem, ſicut iuſtus ex fide in fidem, procedentes, proptereaq; ſubiunxit, ſicut ſcriptum eſt, iuſtus autem ex ſua fide uiuet, ac ſi dicat, uitæ opera, diuinaq; mandata ex ſua fide

custodiet. Cernis itaq; scripturam hanc sanè in-lectam tibi contrariam magis fore, quàm profi-cuam, quum diuinorum præceptorũ exequutio, quàm ab hominis iustificatione moliris exclude re, ex ea potius conuincatur: idemq; sit (ut iam ex dictis liquet) iustum ex sua fide uiuere, q; in Christo credentem uitæ opera, quibus diuina in eo commendatur, reuellaturq; iustitia, ex sua fi-de explere, ipsumq; pariter ex sua fide iustifica-ri autumandum est, ut tanq̃ ex bonorum ope-rum radice ad iustificationis terminum perue-niat.

Quomodo intel ligi debeat iustũ ex sua fide ui-uere.

HAERETICVS.

Marci ultimo scribitur, qui crediderit & Bapti-zatus fuerit saluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur, etiam si baptizetur. Neq; enim Baptismus saluat, sed fides Baptismi.

CATHOLICVS.

Respon. 3.

Cogimur, nisi Christum omnium dominum Ec clesiæ sacramenta, uelimus frustra dedisse, quan dam salutarem gratiam à fide quidem diuersam ex illis consequi nos fateri. Etenim si Christi membra fide tantum efficeremur, ac saluaremur,

Sacramẽtorum gratia à fide di-uersa.

non quippe dixiſſet dominus Ioan. niſi quis re-natus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non po-teſt introire in Regnum Dei. Paulus etiam in-quit: quot quot in Chriſto Baptizati eſtis, Chri-ſtum induiſtis, eos ſcilicet innuẽs, Chriſtum an-te Baptiſmum, ſola eorum fide, intra cordis ho-ſpitia minimè recepiſſe. Vnde & Auguſtinus ſu-per Ioan. ait. Aqua Baptiſmatis corpus tangit, & cor abluit. Hanc tamen iuſtificantem ſacramen-torum gratiam, qua concupiſcentiæ formitem cõ primere, Dyabolumq́ꝫ euincere, ad uitam demũ animæ pertingere nitimur, abſqꝫ fide conſequi non poſſumus. Inde Paulus, iuſtitia Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti. Licet itaqꝫ diuina uirtute abſqꝫ Baptizantis ſeu Baptizati fide Baptiſmus ipſe, ſi in Eccleſiæ forma fiat, ſacramentum eſſe ualeat, incredulo nihilominus illud ſuſcipienti ad uitam minime cõfert. Credentis etiam fides, & Baptizari non ualentis, etſi quaſi per ignẽ eius ſaluti proſit, Baptiſmum tamẽ reſpuens licet cre deret, damnaretur. Annexum itaqꝫ utrunqꝫ eſſe opus eſt ad ſalutem, ut recta, ſcilicet fide ſuſce-ptum ſit ſacramentum, fidesq́ꝫ ſacramento ſem-per unita ſit. Vnde Paulus, mõdauit eã (inquit) lauacro aquæ in uerbo, nam uerbum ſpiritus ele mento uirtutem tribuẽs ut fide illud ſumenti eſ-ſe poſſit ſacramentum.

Ioan. 3.
Galat. 3.
Aug. ſuper. Ioan.
Rom. 3.
Baptiſmus ſine miniſtri fide ſa-cramentum.
Non Babtizatus ſaluari poteſt ſi impeditur fide credat.
Ephes. 5.

HAERETICVS.

Apoſtolus ait Rom. 10. corde creditur ad iuſti-tiam, & non dicit corpore ſuſcipiuntur ſacramenta ad iuſtitiam. Et Gen. 15. & Rom. 4. credidit Abraam deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

CATHOLICVS.

Reſpon. 4.

Perfectionis diſtantiam uolens oſtendere Paulus Rom. 10. inter ſcriptæ legis, fideiq; noſtræ iuſtitiam, quarum altera quum imperfecta ſit carnalis, atq; terrena, quàm qui fecerit homo, temporalem tantummodo ex inde mercedē expectans legiſq; ultionem euitans, temporalirer uiuet in ea. Altera uero, quæ ex fide eſt emanās iuſtitia, qua iuſta quæq; noſtra redduntur opera, quibus (ut iam diximus) diuina in nobis relucet iuſtitia noſtraq; iuſtificatio adimpletur, quoniam qui incredulus eſt infideliter agit, omnem à ſe reicit ambiguitatem. Eius itaq; perfectionē atq; mercedem breui quidem ſermone deſcribēs Paulus ait. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. ac ſi diceret. cordis fidē exigit hæc iuſtitia, quoniā ex fide naſcitur, quū abſq; fide nequaquam iuſtà ſint opera quibus iuſti nuncupamur & ſumus. Non itaq; (inquit Pau

Interne ex fide et charitate, exterius ex operibus iuſti ſumus.

lus) ex ſola cordis fide iuſtificamur, ſed credi-
tur(ait)ad iuſtitiam, quoniam quicquid ex fide
agimus, ad Chriſtum utiq;, qui noſtra iuſtitia
eſt, atq; ſalus, referimus, cuius gratia ſingulæ ac
tiones noſtræ iuſtæ ſunt. Ne autem putares iuſti
tiam hanc, fidem cordis tantum expetere, ſubiun
xit Apoſtolus, ore autem confeſsio fit ad, ſalu-
tem: quum etenim fidei iuſtitia ſit etiam diuinis
ex fide parere mandatis, interq; quæ Chriſtum Math. 10.
intrepide ubiq;, dum opus fuerit, confiteri, com Non tantum
putatur, dicente domino, omnis ergo qui confite eſt promiſsio ſed
bitur me coram hominibus, confitebor & ego præceptum, quo
eum coram patre meo, niſi fidem, quam in cor- niam eo neglecto
de gerimus, ore etiam profiteamur, fidei quip- perimus.
pe iuſtitia ad uitã nos minime transferre poſſet.
Vnde & Auguſtinus ait. Nam penè omnes, qui
Chriſtum coram perſequtoribus negauerunt, Aug. in libro
quod de illo credebant corde tenuerunt, & tamẽ contra mendacẽ
ore non confitendo perierunt, niſi illi, qui pœni
tentia reuixerunt, ut Petrus. Quo igitur ſcri-
pturæ ſanctæ fundamento nudam fidem aſtruis
hominem iuſtificare? hac quidem liquido Apo-
ſtolus contra te ſentit, oris ſcilicet confeſsionẽ
fidei noſtræ adiiciens. Abrææ pariter fides fuit
ad iuſtitiam, qua ſcilicet illius opera conſequta,
quibus (teſte Iacobo) ipſius conſummata eſt iu Cap. 2.
ſtificatio, iuſta forent, quæ nihilominus non ad
temporalem ueteris legis iuſtitiam, ſed ad futuri

tunc mediatoris fidem, quam & ipsius Isaac obla tio præfigurabat, attinere uidebãtur, cuiusq; gra tia iustus, & summi Dei amicus nuncupatus est.

HAERETICVS.

Actuum. 15. dixit Petrus, fide purificans corda eorum, fides ergo est, quæ corda purificat, & nõ sacramenta.

CATHOLICVS.

Respon. 4. Pharisęorum hæresim ammouere intendens bea tus Petrus, legis iugum fidelibus imponere uo lentium, Deum cordium scrutatorem, credentiũ corda eorum fide, scriptæ legis seruitute abie- cta, purificasse asseruit, indeq; circumcisionem, reliquas'ue illius legis seruitutes, & nõ sacramen torum uim exclusisse uidetur.

HAERETICVS.

Etiam Hieremias. 5. ait domine, occuli tui respi ciunt fidem, sola ergo fides iustificat.

CATHOLICVS.

Respon. 5. Miror quippe te sacras litteras profitẽtem, ipsas

tam alieno

tam alieno sensu, dictis tuis coaptare uelle, ac si illius textum nunq̃ perspexisses, quisquis enim præcedentia sequentiáq; textus cuiusq; ab te adductæ scripturæ conspexerit, te eam, tuo cerebro, extorquere, luce clarius, percipiet. Explicans namq; hic Hieremias nimiam Regni Iudæ prauitatem atq; iniustitiam, qui quum nec assueto eorum iuramento Deum corde uenerarentur, dixit, ꝙ etsi etiam, uiuit dominus, uerbo protulerint, hoc falso iurabunt. Quum igitur nõ quid ore sed quid corde firmarent dominus uiderit: subiunxit dicens, Domine occuli tui respiciunt fidem, quasi dicens, non ad extrinseca uerba, quibus periurando te colere simulant, sed ad cordis archana fidemq; respicis. At non tantum fidem ob hoc respicit Deus: uerum si quid ab operantis oritur fide, internũ quoq; illius affectum uel charitatem intuetur.

HAERETICVS.

Gratis per fidem iustificamur dicente Paulo Rom. 5. iustificati ergo gratis per fidem pacem habeamus. Sola ergo fide iustificamur.

CATHOLICVS.

A fide nobis à Deo optimo gratis donata, esse Respon. 6.

nostræ iustificationis initium non refragor, dicente Iacobo Apostolo, uoluntariè enim nos genuit uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Ecce à uerbo fidei fore nostræ iustificationis initium. Paulus etiam ait. In Christo. n. Iesu neq; circũcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed noua creatura. Quia scilicet Deo, fidei uerbo, genita, quum iam iam iustificari cæperit tanquam nouiter creata reputatur. Et ad Ephe. homo nouus qui secũdum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Fidei ergo ratione initium, non complementum nouæ Dei creaturæ dicimur, quum non perfecta adhuc ac consummata sit iustificatio nostra. Gratis igitur per fidem sic iustificati sumus, ut præcedentia quidem opera non autem consequentia, aut fidei sacramenta secludamus, quibus demum iustitia nostra perficitur. Nam in Euangelio scribitur. Multi dicent mihi in illa die. Domine, domine non'ne in nomine tuo prophetauimus? & in nomine tuo demonia eiecimus? & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc Confitebor illis quia nunquam noui uos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Atq; 25. Cap. dicitur, discedite à me maledicti in ignem æternum. Esuriui. n. &c. ubi pietatis opera connumerantur, quæ piè operari negligentibus, suãq; iustificationem inde explere contemnentibus, à

Iac. cap. primo.
Gal. 6.
Ephe. 4.
Math. 7.
Idem. 25.

ſupremo iudice edicenda ſunt. Idcirco Paulus quum de iuſtificante fide proloquitur, ait, fides, quæ per dilectionem operatur. At pauccioribus ſermonem perſtringamus. Gratis quippe iuſtificati ſumus, quoniam Chriſtiana fides, qua noſtra quæq; iuſta redduntur opera, quibus demum iuſtificamur, nobis gratis, Dei bonitate donatur. In quam ſententiam Apoſtolus inquit, Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, quod quidem exprimens ait, per lauacrum regenerationis, quoniam Deo fide regenerati, uitæ opera fide perficimus. Galat. 5. Nota. Ad Titum. 3.

HAERETICVS.

Et quid mirum ſi ſola fides iuſtificet, quando Pau. gaudeat & glorietur q uerbum Dei per inuidiam & contentionem prædicatur, utiq; q credentes ſalui fiant peruerbum etiam ab inuidis & accuſatoribus, non niſi ad opprimendũ ipſum annuntiatum. Adeo tota uis eſt ſita, non in miniſtro uerbi, ſed in corde audientis & credẽtis.

CATHOLICVS.

Paulus Apoſtolus, qui Deum diligentibus, cun Reſpon. 7.

cta in bonum cooperare nouit, ad Phi. scribens, sua uincula, omniaq; sibi aduersantia, eosq; qui suis se uinculis ampliorem suscitare posse pressuram arbitrantes, ex contentione Christum prædicabant, ad Euangelii profectum suiq; salutem prouenire gaudet. Sic namq; ait, quæ circa me sunt magis ad profectum Euangelii uenerunt, ita ut uincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio. Et infra, quidam autem excõtentione Christum anuntiant non sincere, existimãtes præssuram se suscitare uinculis meis: quid enim? dum omni modo siue p occasionẽ, siue per ueritatẽ Christus annũtietur. Et in hoc gaudeo & gaudebo, scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per uestram orationem. Cernis igitur, quomodo ac quãtum, tuo, hæc scriptura prodesse ualeat instituto, quum, reuera, hic non dicat Paulus, per uerbum ab inuidis & accusatoribus prolatum saluos fieri credentes: nec usquã id ab eo reperi, sed sibi ad salutem tãtummodo, ueluti pro Christo patienti, fore testatur, quicquid ad eum magis opprimẽdum Christi aduersarii moliebantur. Exigitur nihilominus audiẽtis utiq; fides ad diuinum uerbũ cordis aure percipiendum, sed sola non sufficit. Quum non beati a domino dicantur, qui tãtum audiunt, sed qui postquam audierint, id bono opere custodire conantur. Sed iam uideamus quibus niteris ratio-

Phil. 2.

nibus probare ſacramenta non dare gratiam.

HAERETICVS.

Quia in omni ſacramento eſt uerbum promiſsionis diuinæ, quod affirmatiue promittit & exhibet gratiam Dei ei qui ſuſcipit ſacramentum, ubicunq; autem Deus promittit, ibi exigitur fides audientis, ne Deum faciat mendacem ſua incredulitate, quare in ſacramentis ſuſcipiendis neceſſaria eſt fides ſuſcipientis, qua credat id quod promittitur. Sic Baptiſmus datur in uerbo iſtius promiſsionis. Qui crediderit & Baptizatus fuerit ſaluus erit. Ergo neceſſe eſt, ut Baptizandus credat ſe ſaluum fore, ubi Baptizatus fuerit, alioquin Deum in ſua iſta promiſsione facit mendacem, quod eſt horrendum. Sic in ſacramento pœnitentiæ, datur abſolutio in uerbo iſtius promiſsionis. Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis. Quare oportet ut abſoluendus credat, & non dubitet, ſeſe uere abſolutum in cœlis apud Deum, dum abſoluitur in terris per ſacerdotem, ne Chriſti promiſsionem mēdacem faciat. Sic in ſacramento panis, datur corpus Chriſti in uerbo iſtius promiſsionis. Accipite & manducate hoc eſt corpus meum. oportet ergo manducantem credere omnino ac firmiter corpus Chriſti non tantum pro aliis, ſed pro ſe

esse datum, & sanguinem Christi pro se fusum in remissionem peccatorum, sicut uerba promissionis aperte sonant. Alioquin irridebit promissionem istam Christi, & iudicium sibi manducabit. Ex quibus euidens est necessariam esse fidẽ suscepturo sacramentũ, qua credat se consecuturũ id quod sacramentum promittit & donat, ut sic uerum sit quod dicitur, non sacramentum sed fides sacramenti iustificat.

CATHOLICVS.

Respon. 8.

Valde quippe imbecillis est hæc tua probatio, ut cunctis uel mediocriter in scientiis exercitatis lucide patet, quonam pacto euincere uis hinc propositum? ut si suscipientis sacra, fides adhibenda sit, ut iustificetur, sacramenta propterea gratiam non præstent? Nam fidem utiq; exigit diuina promissio, sed & opus quoq; bonum uult non deesse: sentias quid Saluator dicat. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Quid uero sit in Christo manere, ipsumq; manentem in se habere, ipse Ioan. insinuat dicens. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. uberem itaq; fructum Christi corpus sumentes afferre debent, ut se scilicet boni operis exerci-

Non solum fidẽ sed & opus exigit Dei promissio.

Ioan. 6. circa finem Cap.

Ioan. 15.

tio ſemper adigãt. Vnde etiam infra ait. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Opus igitur & non ſolam fidem in quolibet ſacramento exiget diuina promisſio, nam & poſt Baptiſmum exequendum eſt, quod à ſuſcipiente promiſſum eſt. in hoc ſcilicet promisſionis uerbo, Abrenuntio Sathanæ. in pœnitentiæ quoq; ſacramento, (ut infra patebit) pariter autumãdum eſt. Non'ne hæc quoq; diuina eſt promisſio? Lucæ, date Elemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis. in ſimul tamẽ & præceptum eſt Elemoſynæ opus exprimens. Mathæi etiã, quum de orantibus inquit, petite & accipietis. Sicq;, cum Lucæ, de iniuriarum remisſione loquitur, dicens. Remitite, & remitetur uobis, hæ nihilominus omnes Chriſti promisſiones, operis quoque concernunt effectum. Quæ autem uerba ſint in ſacramentis uerè promiſſoria, ad præſens omitto. Luc. 11. Math. 18. Luc. 6.

TERTIA INQVISITIO.

AN POST BAPTISMVM REMANENS SIT PECCATVM.

HAERETICVS.

N PVERO Baptizato post Baptiſmum negare remanens eſſe peccatum eſt Paulum & Chriſtum cõculcare ſimul. Paulus enim dicit, concupiſcentiam ne ſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret. Non concupiſces. Hic ſine dubio claret, concupiſcentiam eſſe peccatum. At quis hominum, qui concupiſcẽtiam nõ ſentit, poſtquã adoleuerit quamuis Baptizatus? quũ hic Apoſtolus ſanctiſſimus nedum Baptizatus ſuam concupiſcentiam accuſet? Vnde ergo hoc peccatum, niſi ex natiuitate carnis etiam poſt baptiſmum remanens?

CATHOLICVS.

Reſpon. 1. Non enim originalis peccati fomes, qui & concupiſcentia

piſcentia nuncupatur, ſed mentis in eam aſſenſus, quem ſe ex lege noſce fore peccatum, aſſerit Apoſtolus peccatum eſt, diuinaq́ꝫ lege uetatus, qui quum ſit quidam tranſiens actus, reatu fomitis per Baptiſmum ſublato, niſi etiam poſt baptiſmum reiteratus ſit in adultis, baptizato iam minime obeſt. At quoniam non modo actualem concupiſcentiæ aſſenſum, uerum & remanentem fomitem etiam poſt baptiſmum peccatum eſſe aſtruis, idcirco dicimus morbidum hunc animæ languorem, quem ab origine contrahimus, in pueris adhuc rationis uſum non habentibus, quibus nullus mentis adeſſe poteſt aſſenſus, antequam baptizentur, utiqꝫ peccatum eſſe. Quod ſi nobis Auguſtinum obiicias in de uera religione aſſerentem peccatū omne uſqꝫadeò uoluntarium eſſe, ut ſecus peccatum eſſe nequeat, niſi ſit uoluntarium. Dicimus originalem infantium maculam etiam uoluntariam eſſe, nam non modo ex actuali peccantis uoluntate peccatum uoluntarium eſſe dicitur. Quo certè pacto quibus nullus adeſt rationis aſſenſus, nullum eis actuale eſt, imputandum peccatum, ſed etiam quandoqꝫ ex alterius pēdet arbitrio, ueluti in eiuſmodi infantium peccato contingit, quod primorum parentum uoluntate uoluntarium eſt, quod ſanè in peccatum eis, etſi rationis aſſenſu carentibus iuſtè, aſcribi

Auguſtinus in de uera religione.

Quomodo originalis infantium macula uoluntaria ſit.

tur. Is itaq; originalis fomes quum ante baptiſmum illius adhuc permaneat reatus uere peccatum eſt: ſumpto uero baptiſmate, quo reatus huiuſmodi iam abolitus eſt, eis in peccatum amplius non imputatur, nec ulterius peccatum dicēdum erit. Quid ſi peccati rationem ad plura extendere uellis, quemadmodum & Chriſtum pro nobis factum eſſe peccatum docet Apoſtolus, quum pro peccatis noſtris hoſtia ſit effectus, atq; de peccati maſſa, carnem abſq; peccato in ſimilitudinem tamen carnis peccati, pro noſtra ſalute ſumpſerit. Sic equidem in propria tamen ratione, & languor ille etiam poſt baptiſmū peccatum appellari poſſe, nō negamus, quoniam ex peccato relictus peccatum etiam cauſare queat, pariter & peccatorum habitus ac paſsiones, uel etiam infeſtationes, & motus hac ratione peccata dicenda ſunt, quæ etiam per baptiſmum nunquam euelli poſſunt. Quas haud dubium eſt baptizatum quemlibet aſsiduè pati: quæ nihilo minus, dum eis mentis non præbeatur aſſenſus, æternæ nos morti obnoxios reddere nequeunt, nec uerè peccata extimanda ſunt. Vnde Auguſtinus ad ualerium ita inquit. Dimittitur concupiſcentia in baptiſmo, non ut nō ſit, ſed ut in peccatum non imputetur. Primo etiam retractationum ait, concupiſcentiæ reatus in baptiſmate ſoluitur, ſed infirmitas manet. Iam igitur clarum

Paulus ad. Rom.

Auguſtinus lib. 1 de nuptijs & concupi.

Auguſtinus. 1. retrac.

est originalis peccati fomitem, post sacri fontis lauacrum, interiorem hominem concupiscentiis repugnantem infectare non posse. Vnde & baptismi gratiam atq; uirtutem, qua à peccato liberi, Deo serui effecti, sumus, Paulus Apostolus explicās, passionis mortis'ue Christi, nos asserit esse participes, quum ait. Quicunq; Baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. inferiusq; subdit. Si autē mortui sumus cū Christo, credimus, quia simul etiā uiuemus cum illo. Nos igitur Christi membra per baptismum effecti, eiusq; passionis adeò participes, ac si proprio eam uulnere passi essemus ab omni præcedentium criminū reatu, eo, absq; dubio, liberi efficimur, quod confirmat Apostolus Paulus dicens. Nihil ergo damnationis est nunc his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Micheas etiam baptismi gratiam prænuntians ait. Ipse auertet, & miserebitur nostri, demerget iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Ezechiel quoq;. Aspergam (inquit) super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum. Augustinus lib. de nup. & concup. ad Valerium, sic dicit. In eis, qui regenerantur in Christo, quum remissionem ac-

Rom. 6.
Bapt. uirtus et gratia.
In adultis. n. ab orig. & act.
Rom. 8
Miche. 7.
Ezechiel. 36.
Aug. lib. 1. de nup. & con.

cipiunt prorſus omnium delictorum, utiq; neceſſe eſt, ut reatus etiam huiuſmodi (licet adhuc manentis cõcupiſcentiæ) remittatur, ut in peccatum (ſicut dixi) non imputetur. hæc ille.

HAERETICVS.

At ne quis putet Apoſtolum in perſona aliorum loqui Galat. 5. ad eos, qui ſpiritu uiuebant, generali ſententia dicit. Si ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus. quid erat neceſſe mandare, ut ſpiritu ambulent, qui ſpiritu uiuunt, ſi non supereſt peccatum carnis, quod crucifigant.

CATHOLICVS.

Reſpon. 2. Iam enim dictum eſt originalis concupiſcentiæ, aliorumq; criminum reatu abolito reliquæ nihilominus ſcælerum infirmitates, paſſionesq; & incitamenta manere, quæ peccata non ſunt. Eos itaq; admonet Paulus, qui ſpiritu uiuunt, ut hæc indeſinenter ſpiritu operãtes opprimant, & euincant: idem enim arbitror ſpiritu ambulare, q; ſpiritu facta carnis mortificare, ſpiritusq; & nõ carnis opera exercere, ſicq; ſemper carnis defectus ſupereſt, ſed non carnis peccatum, ut crucifigatur.

HAERETICVS.

Deniq; dicit cap. 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut non quæcũq; uultis illa faciatis. Quæ autem poteſt eſſe concupiſcentia ſpiritus niſi charitas? ut Auguſtinus ſæpius interpretatur. Vbi autem charitas, niſi in baptizatis? & tamen in his pugnant utraq; concupiſcentia. Et quæ eſſet Apoſtolicæ doctrinæ uis atq; authoritas, ſi non generaliter ad omnes homines pertineret, non enim abſolute dicere debuiſſet, ſpiritum & carnẽ ſibi pugnare, ſed aliquorum ſpiritum & carnem ſcilicet malorum.

CATHOLICVS.

In prauis etiam hominibus concupiſcentia ſpiritus cum carne quandoq; certat, eorum conſcientia illis teſtimonium reddente, cogitationũ ſuarum inter ſe inuicem accuſantium aut etiã defendẽtiũ, charitate tamẽ minime pollent. nõ omnis itaq; ſpiritus concupiſcentia eſt charitas autumãda, nec carnis pariter concupiſcentia aduerſus ſpiritum pugnans in bonis peccatum erit. Charitati namq; non tantum peccatum aduerſatur, ſed & peccati radix ac paſſiones eidem ſemper infeſte ſunt. Reſpon. 3.

HAERETICVS.

Nunc autem prorſus de omnibus Chriſtianis dicit. Quicũq; autem ſunt Chriſti, carnem ſuã crucifixerunt cum uitiis & concupiſcentiis ſuis. Quod quomodo poteſt aliter intelligi, q̃ illud Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis eius. Cur prohibet obedire concupiſcentiis corporis, ſi non ſunt in corpore baptizati? cur regnare uetat, ſi nullum adeſt peccatum. Niſi q; uere in omnibus peccatum eſt, & concupiſcẽtia, ſed non debet regnare nec nos ei obedire, ſeu cõſentire, ſed contra pugnare, crucifigere & mortificare: ſicut Gen. 3. idem bellum ſpiritus & carnis deſcribitur. Inimititias ponam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

CATHOLICVS.

Reſpon. 4. Quũ Gal. 5. narraſſet Paulus aduerſus fructus ſpiritus non eſſe legem, bonis tamen ac iuſtis uiris impoſitam eſſe crucem, hos, carnem ſuam cũ uitiis & concupiſcẽtiis cruci affixiſſe dixit, nam qui domini noſtri crucem colũt ad uitia comprimenda crucẽ ſibi parent oportet, cui præcepto-

rum iustitiæ clauis semper teneantur affixi. Hii uero quum boni ac iusti existant, lætali potius originalis morbi ulcere mundi erunt, quàm conuincantur infecti, Carnis etiam cõcupiscentiis assentire, quod uetat, Apostolus, peccatũ est, Non autem concupiscentia ipsa post baptismũ permanens, quod. n. abolito reatu peccatum ultra non est, sed solum peccati fomes aduentante nostræ mẽtis assensu illico fit peccatum. obedientia igitur illa, & non cõcupiscentiæ radix crimen reputatur. Quod uero Gen. 3. ad eum, qui per serpentem in Euam operatus est, dicitur, proculdubio (ut Aug. inquit) figuratũ est, nõ spiritus (ut ais) & carnis bellum, sed temptator ille his uerbis describitur, qualis humano generi futurus esset, quod genus humanum tũc propagari cœpit, qñ hæc in Dyabolum est, tanquã in serpentem prolata sententia. At demus ibidem spiritus ac carnis pugnam figurari, num propterea remanentẽ fomitem inde ellicies esse peccatũ? sed ut peccatum uel peccati radix atq; infirmitas recte sub infertur.

Aug. super Gen. ad lit. lib. 12

HAERETICVS.

Rursus Roma. 7. Condellector legi Dei secundum interiorem hominem, uideo. autem aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in legem peccati,

Hoc enim non dici in personã malorum, sed in persona sua & omniũ sanctorum filiorum Dei: Ex eo patet, q̃ condelectari legi Dei secundum interiorem hominẽ imposibile est homini explum gratiam constituto, qui potius odit legẽ. Quia cap. 3. generali sententia de omnibus filiis hominum dixerat. Non est iustus, non est intelligens, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Atqui delectatur in lege Dei secundum interiorem hominem, certè iustus est, intelligit, requirit Deũ & facit bonũ, nec declinat à Deo, quum delectari in lege, non sit nisi amantis & desyderantis legem. Et in fine ait. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, si enim hoc non in persona sua sed impiorũ dixit, dabimus malos esse seruos Dei. Secundũ nobiliorem partem sui scilicet mentem. Nam seruire legi Dei, est obedire, in omnes eius uolũtates ire, & subditũ esse Deo, quod impiissimũ est sentire de impiis, quorum cor & mens pœnitus declinant à Deo.

CATHOLICVS.

Respon. 5.

Aug. super Gen. ad lit. in prin.

Quæ enim de obscuris diuinæ scripturæ nobis occurunt, non affirmando (ut Augustinus ait) sed querendo potius tractandum est, in quibus temeritas asserendæ incertæ dubiæq; opinionis

difficile

difficile sacrilegii crimen euitat. Quicquid igitur in eiusmodi scriptura explicanda, aut quibusq; aliis pertractabimus, ueritatis inquirendæ gratia, & non diffiniendo dicimus. Videamus ergo primum, an bonis & iustis uiris insit hæc spiritus carnis'ue pugna. Siccuti enim diuina ac spiritualis lex, quam mentis legem uocat Apostolus, non est illud externũ iustitiæ opus, quod legem implendo perficimus, sed interna quadam ac uiua doctrina, Sancti Spiritus digito, nostris cordibus inscripta, qua ille mentem nostram & uoluntatẽ pariter in bonum transmutat, atq; uiuificat, ut non amplius timore pœne sed iustitiæ amore, quod bonum est, efficiat. Ita & peccati lex, cui quum assentimus captiui spõte nõ inuite efficimur. nõ est pctũm ipsum, quod ea suadente committimus, sed quæ potius à peccato causata est infirmitas, assiduè nos ad peccãdum alliciens ac pœne impellẽs, quæ morbidus quidam carnis affectus seu cõcupiscentiæ fomes appellanda est. Lex etiam nuncupatur, quoniam ei assentiendo nostri dominatur. Lex etiam quasi legitima est dicta, eò ꝙ legitimè factũ est, ut aĩæ Deo rebellanti, suũ ẽt eidem inferius minime pareat, quinimo ualde obsistat. Et quæ superiorem inobedientia contempsit, ab inferiori etiam torqueatur. peccatum quoq; hæc lex quãdoq; dicta est, impropria peccati ratione, in quã

An bonis ac iustis uiris insit spiritus & car. pugna.

Lex mentis uel spiritualis quid sit.

Lex pecati.

Peccati fomes quare lex dicatur.

Quomodo hæc lex peccatũ ſit.

ſententiam dixit Apoſtolus, quod inhabitat in me peccatum. Concupiſcenti autem animæ ad malum, ſuperior eius pars mẽs nuncupata, indeſinẽter in bonis atq; inuictà e reſiſtit, ut ſcilicet nõ aſſentiat. Captiuantur nihilominus hac infirmitate, fomitis ſcilicet infeſtatione atq; moleſtia iuſti, quum ea à bono opere retrahuntur, nec Dei mandata perficere permituntur. Hanc quidem

Paulus Cap. 7.

ſententiam affirmans Paulus ait. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum nõ inuenio. ſupra etiam dixerat. Non enim quod uolo bonum hoc ago, ſed quod nolo malũ, illud facio. Violenta igitur nõ ſpontanea eſt in iuſtis uiris (ut patet) hæc eorum captiuitas, qua ſcilicet diuinæ legis quoq; zelatores inuitè captiuãtur, ac perinde nec peccatum propriè autumãda erit, Per peccati etiam legem, non peccandi conſuetudo ſed peccato relicta infirmitas eſt intelligenda, nam qui iam uitiis aſſueti ſunt, legi quippe Dei in interiori homine minime cõdelectatur. Hoc igitur utriuſq; prædictæ legis certamen iuſtis ac ſanctis uiris Dei præcepta exequi exoptantibus fomitis ſuggeſtioni non aſſentientibns, ſed contra pugnantibus, conuenire decernitur. Cuius ſi quidem palmam ſola Chriſti gratia præſtat, dicente Apoſtolo. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? cui reſpondẽs ait, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum

Cap. 7. in fine

Cap. 8.

noſtrum: ſequentiq; capite idem affirmat dicẽs, Lex enim ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Qui quidem quum iam ſe liberum iſta pugna uictorioſumq; (Dei gratia) cenſeat, nec concupiſcentiarũ illecebris ab Euangelii miniſterio irretitum ſe ſenſerit, eo dem de ſeipſo ſic teſtante. Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo, Ipſum hic de ſe loquutũ eſſe non arbitror, nec prauis etiam uiris id con- gruere puto, quum nec legi Dei condelectẽtur, nec etiã illud de eis queat affirmari, quod Apo- ſtolus ait. Quod odio malum illud facio, diui- namq; potius legem odiant, malum uero dili- gant, ac ſectentur. Vt igitur huius per difficilis ſcripturæ Deo coadiuuante ſenſum aliquãtiſper aperiamus, dicimus: uelle hic Apoſtolum legis gratiæ perfectionem cæterarumq; præcedentiũ imperfectionem uel difficultatẽ oſtendere, ideo in eas obſeruantium perſonas ſe transfert. Et de naturalis quidem legis imperfectione iam ſupra narrauit, quum aiebat, Vſq; ad legem enim, uide licet ſcriptam, peccatum erat in mũdo, ne per ſcri ptã legẽ putares peccatũ omne factũ eſſe ſed tã tum modo ex ea cognitum, quoniam utiq; ante legem etiam peccatum erat in mundo, ſed in pec catum non imputabatur, ideſt non ſatis cogno- ſcebatur, quum lex non eſſet, per quam ſcilicet eſt peccati notitia, quia tamen peccatum nihilo-

Cap. 5.

minus erat, regnauit etiam mors, quæ uidelicet est pœna peccati: ab Adã usq; ad Moysen legis latorem etiam in eos, qui originali tantum macula inficiebãtur, in similitudinem præuaricationis Adæ, qua tota humani generis massa infecta est, Hæc igitur est naturalis legis cecitas atq; imperfectio, ut peccantes homines se peccare nescirent, peccatorum nihilominus ultioni tanquã prothoplausti uoluntate peccantes, subiacerent, quam etiam naturæ legem cap. 7. commemorat dicens. Sine lege enim. s. scripta peccatũ mortuũ erat idest incognitum, subditq; . Ego autem uiuebam sine lege aliquando, qui tamen re uera, nunquam sine lege uixit. Palam igitur iam est Apostolum non de se ipso loqui. Quum uero inquit, scilicet, quũ uenisset mandatum, in eos quidem se transformat, qui subscripta lege degẽtes eam, ueluti probi legis zelatores, totis obtutibus seruare nitebantur. Veruntamen quũ absq; Christi gratia, qua non dum plane præditi erant legis illius iustificatio adimpleri non poterat, quoniam quidem lex illa foris tãtum modo scripta uel pronunciata, non autem interna & uiua cordibus insita, Dei uoluntatem nostramq; infirmitatem solum ostẽdebat, non etiam auferebat, ueteris hominis noxam non expurgabat, nec sic hominem ad legis ipsius expletionem idoneum fecerat, atq; eo ipso ad redemptoris gratiam no

Naturalis legis imperfectio.

Legis scriptæ imperfectio.

bis fore confugiendum monſtrabat, carnalis id circo concupiſcentiæ bellum euincere ac pœni-tus expugnare non ualebant. Cuius nempe ſcri-ptæ legis defectum indicat Apoſtolus, quum eam, quæ in membris eſt legem eidem teſtatur aduerſam. quem ſiquidem legum conflictum, etſi ſub gratiæ quoq; lege conſiſtentes experiantur, quum pro cœleſti uita nobis ſemper certandum ſit, non uſq; adeò tamen Chriſti ſerui radicalis morbi cõtagione uaſtãtur, ut Euãgelica nequeãt (ſi uellint) cuſtodire p̃cepta, prout ueteris legis cultoribus accidebat. Legis uero gratiæ & ſpi-ritus perfectionem tunc proloquitur Paulus, quum ait, quis me liberauit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum domi-num noſtrum, ac ſequenti capite, Lex enim ſpiri tus uitæ, &c. Vtq; legis grãæ excellentiã euiden tius demonſtret, eam ſcriptæ legi cõferendo ait, Nam quod impoſſibile erat legi in quo infirma batur per carnem, eam ſcilicet explere cupiens quoniam originali carnis ægritudine detineba tur. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, quia carni ex peccato progenitæ foris ſimilis erat. Et de peccato, ideſt ſua inno-xia carne de maſſa peccati aſſumpta, damnauit peccatum in carne, ideſt uincibilem reddidit pu-gnantem concupiſcentiæ fomitem, qui commu-ni ratione (ut dictum eſt) peccatum dici poteſt,

Legis euangelica perfectio.

Paul. Rom. Cap. 8.

Legis euangelicæ ac ſcriptæ collatio.

in carne, quoniam carni semper annexus, ut iusti ficatio legis impleretur in nobis. Patet igitur legis gratiæ perfectio, quæ non solum Dei uoluntatem, uel nostram ostenderit impotentiam, sed quæ ui sua peccati hominem prostrauit, nosq; interne renouans ad sui expletionem reddat idoneos, sicq; scriptæ legis iustificatio compleatur. Perspicuũ itaq; ex his esse potest Paulum Apostolum Christianorum potius palmam in oppugnantem concupiscentiæ procacitatem, quàm eorum captum descripsisse, nullumq; demum post baptismum remanens uictoribus his in esse debere peccatum.

HAERETICVS.

Reuertamur ad probationem. Apostolus Hæb. 12. utiq; baptizatis & sanctis scribens ait, Deponamus omne pondus & circumstans nos peccatum. Hic seipsum quoq; inuoluens docet deponi omne pondus & circumstans nos peccatum, idest pertinaciter inhæret & instat, mira uerbi Emphasi significans molœstam & improbam illam carnis nostræ concupiscentiam & procacitatem, qua nos assiduè sollicitat ad peccatum nec aliquando quiescit, nunc ira, nunc libidine, nunc superbia, nunc auaritia nos inquietans ita, ut diuus Cyprianus ob hoc ipsum optandum cen

ſeat mortem accelerari Epiſtola de immortalita
te. d. cum auaritia nobis cum impudicitia, cum
ira,cum ambitione congreſsio eſt,cum uitiis car
nalibus,cum illecebris ſæcularibus aſsidua & iu
gis,& moleſta eſt luctatio,obſeſſa mens homi-
nis,& undiq; zabuli infeſtatione uallata: uix oc
currit ſingulis,uix reſiſtit. Si auaritia ꝓſtrata eſt,
exurgit libido, ſi libido compræſſa eſt,ſuccedit
ambitio,ſi ambitio contempta eſt,ira exaſperat,
ſuperbia inflat, uinolentia inuitat, inuidia con-
cordiam rumpit, amicitiam zelus abſcindit. Co
geris maledicere,quod lex diuina prohibet, cō
pelleris iurare,quod non licet,tot perſequutio-
nes animus quottidie patitur, tot periculis pe-
ctus urgetur, & delectat hic inter zabuli gla-
dios diu ſtare,quum magis concupiſcendum ſit
& optandum ad Chriſtum, ſubueniente uelo-
cius morte properare. Si tantus martyr de ſe ſu-
iſq; ſimilibus talia affirmat,quis dubitabit & o-
mnibus ſanctis eadem tribuere aut ſaltim non
negabit in ſanctos quadrare.

CATHOLICVS.

Chriſtianos cupiens Paulus ad martyrii agonē *Reſpon. 6.*
pro fide Chriſti,quam proximo præcedēti cap.
q̄ pluribus adductis teſtibus grauia pro Chri-

ſto diſcrimina perpeſsis maximopere extulerat cohortari, ut ſua magis proficeret perſuaſio cæteris ſeipſum in Exemplum miſcuit. Ea omnia ſpernere ac euitare docens, non quæ ueluti crimina ſanctis in eſſent uiris, ſed quæ tanquam circũſtans, id eſt undiq; infeſtans peccatum à propoſito ſancto atq; martyrii palma eos retrahere poſſent. nimium, puta, ſui ipſius amorem, omneſq; mũdi huius illecebras, ac dyaboli ſuggeſtiones, ut cunctis demũ hoſtibus euictis, ad certamen fidei liberi, ſuccinctiq; properare ualerent, nec aliud peccatum probos uiros pati aſſerit Cypria nus ſed peccatorum tantum infeſtationes atq; moleſtias iugiter ſuſtinere declarat.

HAERETICVS.

Iuuant eandem hanc ſententiã & multa alia primũ id, quod Apoſtolus Rom. 12. præcipit utiq; ſanctis & baptizatis, ut renouentur in nouitate ſenſus ſui, & alibi. 2. Cor. 4. Et ſi his qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen hic qui intus eſt renouatur de die in diẽ. At renouari eſt ex uetuſtate in nouitatem mutari. uetuſtas autem peccatum eſt ueteris hominis, ſicut nouitas, gratia noui hominis. Renouari ergo arguit ineſſe uetuſtatẽ: ſicut rurſus dicit Col. 3. Expoliantes ueterem,

tes ueterem hominem cum actibus suis. Et. 1. Cor. 5. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Quæ omnia certè affirmant reliquum uetustatis & peccati in nobis esse, quod exuendum expurgandumq́ʒ sit, quum ad eos scribat, qui iam erant, (ut dicit) azimi & creati in nouum hominem secundum Deum.

CATHOLICVS.

Variis nempe personis nec minus etiã diuersis rationibus ascriptæ sunt hæ Pauli authoritates, quas unico tuo sensui coaptare, uel potius extorquere moliris. Neqʒ enim sanctis tantummodo scripsit Apostolus. Romani quidem tunc sic appellati, quibus scripserat Paulus, elati erant, pristinumq́ʒ statum suum contentiose sibi inuicem superbéqʒ præferebant, quos quum hucusqʒ Paulus monuisset, ne eorum quispiam in alium extolleretur, priores eorũ cultus prorsus abiiciens, ad sui mentalis sensus potiorem innouationem modo eos commonens ait. Renouamini. Vt scilicet peccata post baptismum commissa non aũt relicta tanquam ad uetustatem hominis attinentia, deponerent, seqʒ inuicem diligẽdo Spiritus Sancti nouitate fulcirent. Hoc igitur primum Apostoli dictum uiris sanctis (ut planum est) Respon. 7.

non ſcribitur, neq; peccatũ quodpiam inde innui tur poſt baptiſmũ relictum. Nec ſecundũ quoq; Apoſtolicũ dictũ tibi minime quadrabit. Quũ enim ſuperius Apoſtolus ad oſtendendum Dei Theſaurum infictilibus, id eſt, corruptibilibus uaſis ſitum eſſe, quum plures tribulationes quas ob Chriſtum Apoſtoli ipſi pertulerant, enume raſſet: ne putarent Corinthii, uel formidarent eiuſmodi corporum diſcrimina ad ſpiritualium uirtutum incrementum diuinumq; theſaurum poſsidendum, Apoſtolis uel cæteris iuſtis uiris eſſe poſſe nocumento, ait. Licet is, qui foris eſt noſter homo, id eſt, corpus ipſum corrumpatur, id eſt uariis tribulationum ac afflictionum gene ribus ad corruptionem diſponatur, tamen is, qui intus eſt, anima ſcilicet fide ac charitate munita, cui nequit humanus furor accedere, renouatur de die in diem, id eſt, magis magiſq; ſpiritua libus donis perficitur. Nec tertium etiam tuæ fauebit opinioni: patiebantur enim Co rinthii fornicatorem quendam ſecum uerſari, qui nouerca ſua in uxorem abutebatur, eum fermenti nomine innuens, quoniam reliquam ſocietatis maſſam ueluti quoddam fermentum corrumpere poterat. Vetuſq; uocat, eò, ꝙ ueteris noſtri hominis turpe iam membrum eſſe ctus erat, eum itaq; ut à ſe eiicerent, præcipit di cens. Expurgate uetus fermentum, id eſt expel

Spiritualiori aũt intelligentia, ſcri-ptura hac, utitur Eccleſia.

líte adulterum íllum à uobís, ut sitís noua con‐
spersio, ut scilicet uírtutibus optimísq; moríbus
ínnouatí perseueretís. Nõ ergo à peccatí uetusta
te recessum sed à minorí mentís perfectíone ad
maiorẽ, trí bulatíõís ígne, accessum hís uerbís de
scrípsit Apostolus. Cuí quoq; conforme est, q̃d
Rom. inquit. Tríbulatío patíentíam operatur, Rom. 5.
patíentía autem probatíonem, probatío uero
spem.

HAERETICVS.

Deínde parabolæ Saluatorís pulchrè huc ualẽt:
quarum una de Samarítano, quí semíuíuum nõ
subíto sanauít, sed allígauít tantum & sanandum
suscepit. Non'ne ostendít nemínem subíto ab
omníbus peccatís sanum factum, sed pacto fideí
ín Corpus Chrísti assumptum de díe ín díem
magís sanarí? Altera Math. 13. de fermento ín
sata farínæ tría míxto, donec fermentaretur to‐
tum, quíd alíud uult, quàm fermento nouo fideí
fermentarí non subíto sed paulatím totum homí
nem, ut hæc uíta cognoscatur non esse íustítía
sed íustíficatío, non sanítas, sed sanatío, non finís
sed Phase dominí, non terra, sed mígratío, &
prorsus contínua pugnatío peccatí. Et transi‐
tus de uírtute ín uírtutem, ut docet psalmus. 84.
Et transformatío de clarítate ín clarítatem ad

imaginem Christi (ut Apostolus uocat) at talis transitus certè manifestat reliquum semper esse peccatum, à quo recedamus, & ad maiorem iusti tiam propinquemus.

CATHOLICVS.

Respon. 8. Humanum quippe genus originali ulcere saucia tum Christus utiq; sanandum suscepit, uulneraq; alligauit, peccata scilicet (ut Augustinus ait) co hibendo, sed non quin subito nos à peccato mun dauerit, uinumq; & oleum infudit, quum nos dei tate humanitateq;, in unitate personæ coniuncta tanquam Dei & hominum mediator, saluauerit: iumento insuper suo imposuit, quoniã eiusmodi suæ incarnationis fidem nostris cordibus inscri psit. Duxit in stabulum, quum nos corpori suo per baptismum uniuit, curamq; eius egit, quia ui tiorum sordibus iam per baptismum expulsis, an gelica nos custodia præmuniuit. Non igitur suc cessiuam scælerum ablutionem, sed uaria fidei nostræ mysteria ac sacramenta innuit saluator, futurum tum quoq; nostræ fidei successiuumq; incrementum, fermento, satis farinæ tribus, id est, triplici mundi machinæ tunc abscondito, do nec totus fermentaretur orbis assimilauit. Vim nihilominus etiam infestantis nos fomitis diui

na gratia, optimisq; exercitiis quottidie magis magisq; imminui ac purgari, non reffellimus, uere tamen ac proprie ob id peccatum esse non admittimus.

HAERETICVS.

Et Ioan. 13. quum asseruisset discipulos esse mundos, tamen infra dicit. 15. se esse uitem, illos palmites, & tamen omnem fructiferum magis purgandum, ut plus fructificet. Quomodo enim sunt mundi & simul immundi, ut purgari egeant, qui nisi mundi essent, fructum non afferent? nisi quod uerum est, quod idem. 1. Ioan. 1. dicit. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis nõ est. Notauit Sanctus Augustinus quod non dixit habuimus, sed habemus. Et Psal. 18. delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine. Et Psal. 50. petit spiritum rectum & cor mundum in se fieri, quum hoc non nisi iam mundus orare posset. Vnde ergo ista immunditia tam sanctis uiris spiritu feruentibus nedũ baptizatis? Quod malum mouet has immunditias? nisi radicale illud originis malũ, de quo Paulus Colossensibus scribit. Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscen-

tiam malam, auaritiam, non quod his peccatis ser-
uire eos arguat, sed repugnent, ne eis seruiant.

CATHOLICVS.

Respon. 9. Discipulorum aliorumque Christi martyrum pur
gatio, eorum potius firma fidei probatio, & non
alicuius lætalis inexistentis immunditiæ abster
sio est existimanda, ueluti purisimi auri, quod
igne probatur, ut eius inde bonitas seu perfe-
ctio potior dignoscatur. Leuioribus tamen pec
catorum sordibus, quantumlibet etiam sanctum
hominem utcunque inquinatum esse cum Ioan.
certe, ne seducamur, annuimus, non quin rege-
nerationis lauacro cunctæ sint præcedétia aboli
ta facinora. Sed quoniam singulo quoque momẽ
to asidua radicalis mali suggestione multimo-
de à pura illa integritate ac innocétia deficimus.
In quàm sententiam Ioan. adultum quemque
peccato infici affirmauit. Comprimendamque ori
ginalis languoris procacitatẽ Paulus Colossen-
ses monuit. Verum quoniam hoc non nisi iuuã
te domino perficere possumus, cor mundum in
nobis fieri ac spiritum rectũ ab eo postulamus.
Id uero Psalmographi dicentis, delicta quis, in
telligit, &c. quum de contritione agemus, decla
rabimus.

HAERETICVS.

Et ut finem faciamus: non'ne omnes concludit sub peccato sola oratio dominica dum omnibus quantumlibet sanctis mandat orare, fiat uoluntas tua, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum? Quid confitetur? qui petit fieri uoluntatem Dei, nisi sese non dum plenè facere uoluntatem Dei, ac per hoc esse inobedientem Deo. Neq; enim fictis hic uerbis oratur hoc solo saluo quod agnoscit, & depræcatur suam inobedientiam ac in quantũ orat & agnoscit, tantum facit uoluntatẽ Dei, idest in spiritu, sed in carne, contra quàm sic orat, non dum facit. Ita qui petit sanctificari nomen Dei, non'ne fatetur nomẽ domini adhuc inse pollui ex parte, quod dolens depræcatur. Et impletur in eo illud Ro. 7. Quod nolo malum hoc facio: quod uolo bonum, non facio. Sic qui aduenire regnum Dei petit, certe seruum Dyaboli se ex parte confitetur cum Apostolo dicens. Video aliam legem in mẽbris meis captiuantẽ me in legem peccati.

CATHOLICVS.

Valde quippe à te alienum Dominicæ orationis sensum è sacris litteris hauriri perspicimus. Respon. 10. Vt etsi ea animi intentione, qua cunctarum re-

Deum opificem profitemur, cunctis scilicet iu-
stis & iniustis hac ipsa oratione orandi semper
pateat aditus: nec dum hac quispiam fungitur
aura, ab ea orandi uia, & spe conuersionis seclu-
datur, Attamen quum non modo Deum ipsum
primis eiusmodi orationis uerbis, omnium paré
tem uocitare instruamur, sed tanquam adoptio-
nis filii & peccati lege soluti, eminentiori præro
gatiua eundem patrem nostrum esse fateamur,
nosq; in filiorum eius adoptionem agnoscamus
Rom. 8. adscitos. Sicuti etiã uas electionis Paulus Ro.
testatur dicens. Nõ enim accepistis spiritum ser
uitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus. Abba
pater. Sublimius ac præcellsius erit huiuscæ ora-
tionis genus, quàm tu opinaris, quod quum so-
lius Dei intuitu ac charitatis ardore, pronũciari
debeat, non prophanis & inobedientibus (ut as-
seris) sed ueris tantum legitismisq; adoptionis
filiis conueniet, qui uerè sibi deum adoptionis
patrem appellare præsumant, iamq; ut boni filii
propria utilitate seclusa, patris nostri gloriam to
tis uiribus affectantes, dicamus, Sãctificetur no-
men tuũ. Vt cunctis scilicet mortalibus ita cœ-
lestis patris innotescat gloria, ut nil quæat eo
sanctius gloriosiusq; explicari, ipsius imitatores
Ioan. 7. effecti Ioan. dicentis. Qui autem quærit glo-
riam eius, qui misit illũ, hic uerax est, & iniusti

tia in

tia in eo non est. Quē quoq; imitās, Apostolus Rom. Anathema à Christo fieri ex optat, quum tamen neminem nouerit mori posse pro uita, dū modo ad Dei gloriam totius Israheliticæ plæbis salus accresceret, uel etiam iuxta Chrysostomum petimus, ut nos ita uiuere faciat, ut eū per nos cuncta glorificent, sanctificationisq; per baptismum adepte perseuerantiam tribuat, Quūq; semper filius paternæ hæreditatis successionem exoptet subdit dicens, Adueniat regnum tuum. Regnū quippe perfectis omnibus ac Dei filiis generaliter repromissum, quum dicetur à Christo. Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū à constitutione mūdi. Regnū quippe illius sanguine acquisitum, ut qui in hoc sæculo antè seruiuimus, postmodū, Christo dominante, regnemus, quisquis autem suis meritis pœnam potius quàm præmia nouerit repensandam, cœlestis patris regnum exoptare uel petere minime audebit, qui nec iudicis sædem conspicere uellet. Supplicant tertio adoptionis filii cœlestis patris uoluntatem impleri, quum dicunt. Fiat uoluntas tua, ut in cœlo, & in terra. Vt scilicet suorum mandatorum expletione, uel obediētia, terrena cœlestibus sint conformia, ut iuxta Augustinum sic intelligas. Sicut scilicet in angelis ita & in hominibus, sicut in iustis ita & in iustis, sicut in mente, ita & in carne, sicut in

Rom. 9.

Christo ita & in Ecclesia, non in me tantum sed ubiq; terrarum. Quis uero scœlestus homo interno hæc affectu rogare præualebit? Non igitur inobedientiã, uel quoduis aliud lætale crimẽ inesse depræcãti hac oratione detegitur. Quum etiam orando subdit. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, sed erga suos potius debitores haud fictè remissus, orationis huius cõfidentia frætus, de suis admissis, quibus assiduè humana polluitur fragilitas, ueniam postulat, nostræ propemodum remissionis exemplo eum ad ueniam inuitantes.

HAERETICVS.

Nam quem non facit reum ista lex. Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo? Quis non parte aliqua magna seipsum diligit? Verum sciebat Apostolus hoc præceptum sublimius esse quàm ut exercitati capere possent, ideo assumpsit, quod præsumpsit non posse negari ab ipsis nimirum omnium sensu cognitum.

CATHOLICVS.

Respon. II. Diuinum de Dei dilectione mandatum sanè intellectum, diuina cooperãte gratia, reum quen-

quam minime reddit. Nam (ut diffuse superius enarrauimus) spiritalis gratiæ lex fidelium cordibus, superno scripta spiritu. Non modo diuina præostendit mandata, sed uim etiam præstat adimplendi. Neq; enim usq; adeo Deum iubemur toto corde diligere, ut nullius creatæ rei dilectio nobis insit, quum proximum quoq; diligere teneamur. Sed ut eum solum præ cæteris præcipueq; diligamus, cunctaq; alia a nobis dilecta ad eum, quo ad possumus, refferamus. Vnde Augustinus in de spiritu & littera inquit. Aliud enim est nondum totam assequi charitatem aliud nullam sequi cupiditatem. Quam ob rem debet homo quamuis longe minus amet Deum, quàm eum potest amare conspectum, nihil tamen appetere illicitum. Sic etiam in his, quæ adiacent sensibus corporis, potest occulus nullis tenebris delectari, quamuis non posset in fulgentissimam lucem deffigi.

Quomodo impleri possit diuinum de dei dilectione mandatum.

Aug. de spiritu & lit.

HAERETICVS.

Rursum dicent, at nos reatum hunc propriè uocamus peccatum, non id, quod remanet. Respondeo in re ista seria, & sacra non licet argutiis sophysticis cauillari, quibus effingunt reatum es

ſe reſpectum inter Deum & peccatorem, quo hic deputatur ad pœnam. Iniuria eſt gratiæ Dei, ſi ſolum iſtum phantaſticum reſpectum tollere doceatur, quum, ut ſcriptura loquitur, gratia Dei renouet, mutet & in nouos homines tranſformet de die in diem, & res iſta ſerio agatur, non reſpectibus tollendis ſed ſubſtantia, & uita mutandis.

CATHOLICVS.

Reſpon. 12. Quum reatus, obligatio quædam ſit ad pœnam peccato debitam: Ex peccato utiq; erit, ſed non peccatum ipſum. Idem ergo dicemus cuiuſpiam peccatum tolli, q pœne peccato debitæ eum ultra non alligari, quod non ſophyſticum, ut ais, erit ſolũ modo reſpectũ tolli: ſed ipſum potius delinquentẽ uerè, realiterq; à mulcta ſolutum fore ac ſubſequenti gratia iuſtificari. At ex te ipſo euinceris, radicale hoc malum ſeu animæ languorem non eſſe peccatum, quum iam ipſe fatearis id inuite à nobis haberi, atq; ad mortem à Deo non imputari, prout ex quibuſdam uerbis tuis infra colligitur, quæ euitandæ prolixitatis gratia ommitto, aſt haud unquam eiuſmodi peccatum erit, quod neq; à Deo nobis in peccatum imputatur, ſitq; etiam contra uolun-

tatem, habentis, quomodo hic de peccato loqui ceperimus.

HAERETICVS.

Prima Ioan. 15. dicit. Scimus quoniam omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat, & malignus non tanget eum, & omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus ex Deo natus est, ut ibidem dicit. Ita simul uerum est iustum non peccare, & tamen peccatum habere, seu malum facere. Concludamus ergo cum pulcherrimo dicto Augustini, Peccatum (inquit) remittitur in Baptismo, nõ ut non sit, sed ut non imputetur. Ecce est, & manet peccatum, sed non imputatur.

CATHOLICVS.

Si quidem Ioan. uerba rectè expendantur, nobis inseruire magisquam contradicere dignoscẽtur. Neq; enim (ut inquirendo & non diffiniẽdo arbitror) fraternum tantũmodo odium (ut aliis uisum est) à Dei nato semouendum Ioan. censuit, sed & reliquas etiam lætalium criminũ sordes ab eo esse uoluit alienas, quũ eni Iesum Respon. 13.

Dei filium esse credens ex Deo natus cẽseatur, aliosq; Dei filios. (Iuxta Ioannem) ideo diligat, quoniam Deum primo diligit, eiusq; mandata custodit: hæcq; sit Dei charitas, ut eius præcepta seruemus. Sic quidem ex Deo natus charitate utiq; præditus erit. Cunctaq; Dei mãdata illi leuissima, oblectantiaq; uidebuntur, quum is quidẽ mundum euincat, atq; ideo mortali crimine nequaquam offendit. Quadam igitur serie hæc se adinuicem connectentur, credere scilicet Iesum, Dei filium esse, Deum diligere, eius præcepta seruare, ex Deo natum esse, cæteros Dei natos diligere, mundum uincere, sicq; non peccare, quibus certe liquido constat. Nati Dei fidẽ (cuius hic meminit Apostolus) operanti annexam esse charitati, quæ quidem ab omnium lætalium scælerum sorde seruat habentem. Non itaq; hæc se patiuntur adinuicem non peccare scilicet in simul, & peccatum habere. Beatus autem Augustinus concupiscentiã tantum asserit non peccatum post baptismum adesse, q̃ quippe concupiscentiã negat esse peccatum.

QVARTA INQVISITIO.

AN FOMES MORETVR ANIMAM AB INGRESSV COELI.

HAERETICVS.



OMES Peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur à corpore animam ab ingressu cœli. Si.n. uera sunt, quæ proximo articulo dicta sunt, fomitem uerè esse peccatum, per gratiam Dei ueram magis ac magis purgandum. Et nemo possit cum peccato cœlum intrare: sicut. 2. Petr. 3. promittit, cœlos nouos & terram nouam expectamus, in quibus iustitia habitat, puto satis probam consequentiam duci, animam fomite impediri ab ingressu cœli. His adde quod illi fingunt. Et ego per impossibile posui fomitem esse posse sine peccato actuali, quum assidue lex membrorum captiuet, Et repugnet legi mentis (ut Paulus conquæritur) res enim uiua quotidie mouens est peccatum, sicut & ipsa ani-

ma in qua habitat. Nam & iustitia res est uiuẽs & mouens, non enim quiescere potest anima, quin uel amet, uel odiat ea, quæ Dei sunt. Vnde fit ut quum ipsimet concedant actuale peccatum morari ab introitu cœli, cogantur concedere, ꝙ & fomes moretur, qui origo uiuacissima & inquietissima est peccatorum actualium.

CATHOLICVS.

Respon. 1. Fomitem quippe actualem quẽdam esse animæ lãguorem quãdiu corpori annexa est, assiduũq; in prauos affectus stimulum atq; ad omne peccati genus incitamentum, sed non actuale peccatũ asserimus, qui &si ante sacri fontis lauacrum (ut fusius supra diximus) originaliter peccatum sit, baptismi tamen expiatione iam sumpta, uoluntario mentis assensu non assistente, quum in peccatum ultra non imputetur, peccatum uere dicendum non est: satisq; inter se distat ad peccatum quempia actualiter infestari, atq; actu peccare. Actuales ergo fomitis passiones assiduè perfert anima, quæ utiq; uiuens est, & quottidie mouẽs, à peccandi tamen actu, dum illis motibus non consentit, immunis censenda est. Sicq; solius fomitis ratione ab ingressu cœli retardari non poterit.

QVINTA

INQVISITIO.

AN TIMOR SIT POE-NA PVRGATORII.

HAERETICVS.



MPERFECTA Charitas morituri secum fert necessario magnum timorē, qui se solo satis est facere pœnam Purgatorii, & impedit introitum regni. Quum de his rebus & de uniuerso statu animarum sanctarum post mortem nihil habeat scriptura sancta, sicut nec de purgatorio, nihil possum adducere pro isto articulo, quem neq; asserui. Nunc autem assero & ipsam ex præcedentibus infero & probo. Quum enim Ioan. Apostolus uerè dicat. Timor pœnam habet. Et timorem non expellat nisi perfecta charitas, ut idem dicit, clarum arbitror hinc inferri, timorem esse in imperfecta charitate, quæ eum expellere nequit. Hoc autem uitium charitatis (sicut Aug. appellat) quid est aliud, quàm fomes & residuum originalis pecca-

ti, quod hominem priuauit à recta secura & per fecta charitate Dei. Quare uerum est imperfe/ctam charitatem impedimento esse ad introitũ regni propter uitiũ, quo imperfecta est. Et scio aduersarios nihil habere, quod contradicant, nisi suas opiniones sine ulla auctoritate scripturæ. Quis ergo iam neget timorem istum pœnã ha/bentem posse uere purgatorium esse solum, quũ non sit maior pœna spiritus nostri quàm fuga et pauor, nisi quis contra omniũ sensum sapere uel/lit. Et scriptura paucis in locis ignem, frequen/tissime autem pauorem tribuit damnatis & im/piis. Vt Psal. 2. Tũc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et omnes fa/tentur faciem iudicis Christi, fortius torturam impios quàm ipsum ignem inferni: iam quum ipsimet fateantur animas nõ ab igne sed in igne pati, quam possunt aliquam pœnam dare quàm fugam & horrorem?

CATHOLICVS.

Respon. 1. Eiusmodi probationis tuæ uis (si qua est) in eo consistere cernitur, ut quoniam in nobis chari/tas imperfecta (ut ais) originaliter existit, in im perfecta autẽ charitate timor sit, timor uero ex Apostolo Ioan. pœnam habeat, quum uero non

ſit maior ſpiritus noſtri pœna quàm fuga & pa-
uor, ſolum timorem hunc uerè poſſe purgatoriũ
eſſe. Ad hanc igitur tuæ cauillationis radicem
prorſus euellendam dicemus, ꝙ eò quidem cha-
ritatis apice, qui Chriſti gratia, hoc uitæ noſtræ
ſpatio obtineri poteſt, quo ſcilicet cunctis omiſ-
ſis quantum humana patitur natura, in Deum
omni cordis intuitu intendamus, uel quo etiam
iuxta Ioan. Apoſtolum, Dei erga nos priorem
charitatem agnoſcimus, qui ſcilicet prior nos di-
lexit, ac filium ſuum unigenitum miſit in mun-
dum, ut per eum uiuamus atq; inuicem diliga-
mus, per ipſum fomitem minime priuamur, quo
niam hac quidem iuſtificãte gratia, qua ſola Dei
bonitate, & non originaliter ditamur, protho-
plauſtrum noſtrum eam tantummodo, quæ ab
originali iuſtitia oriebatur habentem, uitiorum
princeps deuincendo expoliare nequiuit, hu-
ius quippe perfectæ charitatis meminit Paulus
Rom. 5. quum ait, Spes autem non confundit,
quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis. At ubi
timor adeſt, dubia ſpes eſt ac facile confundit.
Hanc Ioan. Apoſtolus in ſua Epiſtola cõmen-
dat dicens. Si diligamus inuicem deus in nobis
manet, Et charitas eius in nobis perfecta eſt,
atq; infra ſubdit, in hoc perfecta eſt charitas Dei
nobiſcum, ut fidutiam habeamus in die iuditii,

An peccati fomite perfecta priuemur charitate.

Ioan. Cap. 4.

consequenterq; de hac ipsa Dei charitate prosequitur dicẽs. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mitit timorẽ, q̃m timor pœnam habet. Clarum est igitur Ioan. Apostolum eam hic intelligere charitatem, quæ præsentis uitæ statu haberi queat, qua scilicet Deum proximumq; diligimus, hancq; sanè perfectam existere, diuiniq; futuri Iuditii timorem, quem impii proximum odientes obtinent expellere. Originalis itaq; peccati reliquum, quum hac perfecta charitate animam expoliare nequiuerit, ueram criminis rationem non contrahet, Quare nec diligenti animæ ex ineuitabili quopiam charitatis deffectu timor aliquis, qui solus (ut ponis) purgatorius sit, inesse poterit: neq; huiuscæmodi beati Ioan. uerba ad purgatorii poenam indagãdam aliquid proderunt. Ast, quonam pacto timorem horroremq; nunc animæ tradis purgatoria, quum hiscæ animas in purgatorio existentes quãdiu horrent pœnas, tuo trigesimo nono articulo magis peccare astruxeris? sordexit quippe peccatis anima non autem expurgatur. Quãob rem ignem quoq; ueluti diuinæ iustitiæ instrumentum eas animas expiare saniore dogmate tenendum est, quum enim eosdem purgatorii inferniq; cruciatus affirmes, diuina uero scriptura igne statuat reprobos excruciari, ut cuiq; eam percurrenti liquet, purgatorium quoq; ignem

Quam charitatẽ intẽdat. Ioan. qu… ait perfecta charitas extramitit timorem.

Art. 39.

Articulo. 38.

Psal. 10. & 96. Math. 25. Pri. Corint. 3. & 1. Thesa. & alibi.

humanos ſpiritus expiantem te nobiſcum pone-
re opportebit.

An Purgatorium eſſe è diuinis litteris euinci poſsit.

Veruntamen quũ hic nobis de Purgatorio iam ſermo inciderit, eum, quem è ſacris litteris nequa q̃ conuinci poſſe arbitraris, prolixiores quoſq; ſermones euitãs, quibus ipſum ſtabillire, uel ſua dere quamplurimi enituntur, firmiores tantum ſcripturæ ſacræ authoritates euidentioresq́;, quũ reliquos, Eccleſiæ patres renuas, in medium af-feram. Satis quippe ex ea diuina ſcriptura con-ſtare uidetur, peccatorem quempiam ſuæ culpæ etiam ſolutione habita, diuinam nihilominus ad huc temporariamq́; ultionem ſubire, uel expe-ctare, omnem enim obliquitatis radicem aufer-re opus eſt, ſi iterum diuinæ iuſtitiæ rectitudini reſtituẽdus ſit, ut infra de ſatiſfactiõe dicemus. Nam & Deuto. ſcribitur. pro menſura peccati & plagarum modus. Idemq́; etiam alio tuo ar- Deer. 25.
ticulo ipſe cõprobas. dicens. Legimus ſanè mul tos a Deo propter peccatũ caſtigatos, ut Dauid, Moyſen, Aaron, Mariam, populum Iſraheliticũ & aliquos eorum, quos in Euangelio Chriſtus 1. Cor. 1.
curauit. Et Corinth. multi infirmi inter uos, & dormiunt multi. Atq; infra ſubdis, Ita & modo

multos punit Deus pro peccatis. Vnde & Psal.
Psal. 88. Visitabo in uirga iniquitates eorum & in uerbe
ribus peccata eorum. Neq; id aliunde continge
re censendum est, quàm ut diuinæ partim saltem
iustitiæ satisfiat, sicq; è uita hac emigrantes ui-
tiorum sordibus expiati facilius ad cœlum con-
uolent. Quum uero quosdam alios quãdiu hic
uixerint sæpius deliquisse, nec tamen à Deo ca-
stigatos esse nouerimus, quinimmo & fortunæ
corporisq; bonis amplius augeri ditariq; quotti
die cernamus, qui nec exiguis quidem pœniten-
tiæ lachrymis terrenorum affectuum sordes, nec
quopiam charitatis ardore abluere curauerint,
extrema tamen quadam pœnitudine Christo ui
tam obeunt, hos nempe neq; ad thartara trãsmi-
ti dices, quum scriptum sit, quotiescũq; ingemue
rit peccator omnium iniquitatum eius nõ recor
dabor, neq; purissimo ac perfectissimo enti, quũ
nulla adhuc sint expiatione mundati eos è uesti
gio perfectissima patriæ charitate, protinus uni-
ri condecet. Nam immaculatum quippe bonum
Leu. 21. nil sibi patitur coinquinatum adesse. Hinc Le-
uit. Scriptum est. Sãcti estote, quia ego sanctus
Math. 5. sum. Et Math. æstote ergo & uos perfecti, sicut
& pater uester cœlestis pfectus est. Quũ etenim
Exodi à. 4. in hac mortali uita (ut Exodi. diffuse satis ac Le
usque ad. 9. uit. constat. Ad coinquinatos emundandos plu-
Leuit. 16. ra Deus instituerit sacrificia, atq; in lege gratiæ

potiora firmauerit pro expiatione nostra sacra-
mēta, qua nam ratione in cœlesti patria immun
dos sibi spiritus patietur annexos? nam qui ad-
huc terrenis sordescunt affectibus, quonam pa-
cto purissimo enti, omniq; suæ mētis intuitu ad-
hærebunt. Diuinæ itaq; condecet iustitiæ ut &
horum animæ corporibus iam exutæ pro com-
missis culpis priusq̃ cœlum conscendant, à Deo
alicubi temporaria pœna plectentur. Quod si
hos astruas iam Christi sanguine satis emunda-
tos, quos è diuina scriptura ob sua scœlera à Deo
flagellatos prædixeras, hos inaniter punitos fo
re tibi ipsi oppositus inuitè asseres, omnēq; pœ-
nitentiam, uel à Christo, uel ab Apostolis tradi-
tam ac comendatam, uelluti superuacaneam abii
cias necessum est. Quisquis igitur à Deo peccan
do propria uoluntate recesserit, ad eū ex corde
reuersus condignas ēt pœnas, propria, uoluntate
luat oportet: Sicq; etiam Dei filium pro oīum
delictis suo sancto sanguine debitum persol-
uisse tenendum est: ut quicquid laboris pro re-
dimendis culpis per pœnitentiæ opera à nobis
impensum fuerit, inde omnem sortiatur satisfa-
ctionis effectum. Nam & Christi passio, ut no-
stræ sit saluti proficua, nobis uera fide (ut in-
fra dicetur) ac contritione, applicanda est.
Amplius, quum originalem fomitem animam,
astruas, ab ingressu cœli, remorari, tarthareo

Rom. 9.

Responsio cauillo sa contra.

Nota rationem Ad hominem.

eam cogeris, uel alio quopiam purgationis loco, Dum eo fomite pœnitus expiata sit, expectare, asserere. quam ubicunq; remorari fingas, illius Purgatoriū locum inuitus astrues. Cuiusq; etiā quantumlibet iusti, animam, priusquam cœlum cōscendat, expiatione ægere, uelis, nolis, affirmabis. Ad hæc insuper, dominus quoq; Mat. 12. inquit, Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum non remitetur ei neq; in hoc sæculo neq; in futuro, quo quidem liquido subinfertur aliquod esse crimen, quod sit futuro sæculo relaxādum. Cuius siquidem discretione hoc irremissibile nuncupatum est. Quare locus quispiam dari opus est, quo peccantium animæ purificari queant. Quouis etiam modo diui Pauli dictū extorq̃as dicētis uniuscuiusq; opus, quale sit, ignis probabit, oīum e uita hac secedentium opus, aut iam igne probatū, aut examinandū astruas, oportet. Generaliter enim de uniuscuiusq; opere loquitur Apostolus. Quod si mundanæ iā tribulationis igne, aut spontanea corporis afflictione purgatum dicas: qui igitur hic Dei flagella, mūdiq; angustias perpessi non sunt, de quibus modo loquimur, eoꝝ ergo opus erit igne ꝓbandū? Quamobrem priusquā cœli requie perfruantur, eos alicubi purgatorio igne expiari necessum est. Sed hæc satis sint pro Purgatorio.

Math. 12

1. Corinth. 3.

Sexta

SEXTA INQVISITIO.

AN CONTRITIO A' SERVILI TIMORE EXORTA STATVENDA SIT.

HAERETICVS.



ONTRITIO, quæ paratur per díſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quís recogítat annos ſuos ín amarítudíne anímæ ſuæ ponderando peccatorum grauítatem multítudínem, fœdítatem, ammí ſsionem æternæ beatitudínís & acquíſitio nem æternæ damnatíonís. Hæ contrítío facít Hypocrítam, ímmo magís peccatorem. Quam uís hanc concluſionem ſenſus communís omníũ íta ínſe experíatur: ut ſuperfluum ſit probarí eã. tamen ut obſtruatur os loquentíum íníqua, ſcrípturas Deí conſulamus: prímum hoc nemo negabít, contrítíonem quantumlíbet magnam, níſi fíat amore íuſtítíæ (& ut ípſimet dícũt) ín cha

ritate Dei, non est uera sed simulata: oĩa .n. quæ extra charitatẽ fiũt, nihil, uana, & falsa sunt: ut. 1. Cor. 13. docet Paulus, quia nõ fiũt ex toto corde, Quod aũt ex toto corde nõ fit, iã hypochrisis est. Sicut dicit Christus Mat. 15. cor eorꝫ lõge est à me. At contrio per peccatorũ collectionẽ parata sine amore Dei & iustitiæ, hoc est sine corde, conterit, de hac enim loquutus sum, quare necessario sequitur, ut faciat hypocritam, qui nec uolenter, nec amanter conteritur in corde suo. Ego enim hypocritam aliter diffinire non possum, quàm eum, qui quod facit, non ex animo & syncero corde facit. Animum autem talem & cor, non dat natura, nec collectio peccatorum, sed sola Charitas spiritus. Aut opinantur hic forte mediam & neutralẽ suam Theologiã, ꝙ illa collectio, licet extra charitatem facta sit, non tamen ficta, quia præparat ad gratiam proximè dum facit homo, quod in se est.

CATHOLICVS.

Respon. 1. Quæ extra charitatem sunt, utilia quidem operanti atq; habenti ac in se uera esse possunt, ut naturales, moralesq; gentilium disciplinæ, illis temporarie utiles & ex parte etiam ueræ fuere: nam & moralia quoq; eorum opera &si cælestis

gloriæ meritoria non extiterint, bona nihilominus in genere morum arbitrantur. Peccatoris pariformiter attritio ab informi fide, qua cunctorum scœlerum Deum credit ultoré, ab eo, quo inferni pauet cruciatus seruili timore, ac spe, qua peccatorum ueniam, si resipiscat, sperat, prouenies, uera quippe & si non iustificans comprobatur, quum ex corde spontaneaq; fit. quamplura enim ab hominibus ex corde licet non charitate fiũt, nam (ut in actibus legitur) Cornelii nondum cathecumini orationes atq; Elemosynæ tanquã ad gratiam disponentes Deo gratæ fuerunt. Act. 10.
Quid mirum igitur si ad charitatem assequendã contritio hæc non ficta sit proficua?

HAERETICVS.

Quod ea contritio faciat magis peccatorem Latius dicẽdum, quo & prior pars maximè utitur. Hic Apostolum inuoco qui dicit Rom. 5. per legem abundare peccatũ. Et Gal. 3. per legem augeri trãsgressionẽ. Et. 1. Corinth. 15. uirtus peccati lex: quibus uerbis prorsus neutralem illam Theologiam euacuat: quæ inter odium & gratificãtem amorem medium fingit naturalem amorem legis, qui contritionem istã paret. Si enim hic amor stet, & per ipsum nõ augetur peccatũ,

mendax est Paulus, qui generali sententia dicit legem auctricem esse & uirtutem peccati, ita ut è solo Christo pendeat, uictoria eius. Ergo faciat quicquid potest natura ante gratiam, auget peccatum, quia non potest non odisse legem, at hoc odium est peccatum immo augmentum peccati, quum non solum peccet contra legem, sed odiat non licere peccare, prohibente scilicet lege, ita fit, ut irritante lege, & concupiscentia & peccatum magis placeāt. Et lex magis ac magis displiceat. Quum ergo collectio peccatorum extra gratiam non nisi legem sibi præstituat, ad quam peccata sua confert, imposibile est: licet metu pœne, uel spæ præmii fortiter simulet, ut non magis odiat legem quàm peccata: & magis diligat peccata quàm iustitiam.

CATHOLICVS.

Respon. 2. Promouetur aliquando peccator ad suorum scœlerum collationem, eorum uoluptate concepta, nullo Dei gehēnæq; timore cōcussus, huic si qua diuinæ legis præcepta succurrerint, quum è praua radice hæc delictorum collatio sit exorta, tū

Sensus omnium dictorū Apostoli. legem odit, peccatum magis amat, statq; iterum peccandi affectus, atq; ita fit, ut per legem peccatum magis abundet, transgresionesq; augeantur. Lex quoq; tunc sit uirtus peccati: nam ut

August. contra Iulianum hæreticum ait. Ex uoluntate mala tanquã ex arbore mala fieri omnia opera mala tanquam fructus malos. Quandoq; autem quum se moriturum peccator aduerterit, malorum ultionem fide teneat, futuras pertimescat pœnas, noxarum ueniam, cœlorumq; præmia speret, scœlerum turpitudinem multitudinẽ & fœditatem ad diuina præcepta conferendo, discernat, tunc horret peccata, uoluptatem contemnit, mediumq;, quo bene agendo diuinam effugiat iram, quærit. Et si nõ Dei amore, timore tñ quopiã percitus spiritusq; sancti ductu, qui prauis quoq; hominibus, nedum pœnitentibus, sua quandoq; dona elargitur, non natura tãtũ (ut putas) sed fide, Deiq; timore pariter, diuinæ legis spectat imperium, cui quamuis caro assidue aduersetur, firmæ tamen fidei scuto protectus, spiritus præualet. Vt in eo iam id dici queat: Vbi super abundauit delictum, scilicet auersionis à Deo, superabundauit, & in conuersione, gratia fidei scilicet & timoris Sanctiq; Spiritus illustrationis. E quibus hæc peccantis attritio ad gratuitam contritionem charitatemq; perfectiorem adducens efluit. Aug. contra Iulianum haret.

HAERETICVS.

Et quid faciat impius extra gratiam, quum supe

rius articulo primo docuerimus quanto sudore iusti & sancti uiri condelectentur legi Dei, & resistant legi membrorum repugnanti & captiuanti: si illi coguntur non modo odisse, sed & repugnare legi Dei & captiuari, quid faciẽt impii, in quibus ista pugna spiritus nondũ est? Quid faciat caro, ubi spiritus nõ est: præsente spiritu pugnat contra legem Dei. Et tu dicis, quod absente spiritu pugnat pro lege Dei, caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Et tu docebis solam carnem nullo spiritu repugnãte facturam pro spiritu. Quid potest insanius dici, uel fingi. Credo hæc factura fidem per legem non nisi augeri peccatum, idest odio haberi iustitiam & amari peccatum, idque toto pondere & summis uiribus. Vbi natura sola fuerit extra gratiam quum in gratia summis uiribus pugnet contra legem. Simul credo pateat non modo hypocritã sed magis peccatorem fieri collectorẽ illius contritionis ex peccatorum & legis intuitu. Quin eat quisque in cor suum & non mentiatur sibi ipsi, respondeatque mihi. An non cor suum ita inueniat ut mallet nullam legem esse? an non odiat pœnam peccatorum esse? an non sentiat sibi placere uoluptatem, gloriam, opes, scientias, &c. Quis est, qui his non afficiatur? at affectus non ne uellet non esse prohibita? quod si quis simulet se nõ multum ista curare, fateatur saltẽ ex parte

illis affici. Si non fatetur, non credo ei prorsus: quũ oẽs sancti id quærantur de se ipsis: & has repugnantes leges membrorum assiduè accusent. Quid ergo contra proprium sensum & uitalem pulsum experientiæ fingimus amorem naturalẽ legis & odium peccati? quo præparetur homo ad gratiam: quum ista sint non in corde nata sed natantia: sicut spuma & per uim extorta, sub quibus alitur eò fœdius & maius odium legis, quo fortius simulatur odium peccati, horum certe impiorum est illa uiolenta conscientia, quàm Paulus cauterizatam uocat ad Timoth. 1.

CATHOLICVS.

Paucioribus absoluam, quæ pluribus suadere conaris. Spiritu quidem & fide ac Dei timore, & non natura tantum aut sola carne, impios, quum atteruntur repugnanti legi obsistere diximus: difficilius attamen, quàm sancti & iusti uiri charitate præditi, qui etsi in carne sua plures sentiant repugnantes affectus, spiritum tamen tunc & nõ carnem sectantes, non ui aut ficte, sed corde bonum sibi statuunt ulterius non peccandi propositum: contrariis nihilominus uim inferentes affectibus, ut ea tandem, ad quam tendunt, charitate splendidi, cœlorum regnum uiolenti rapiant. Respon. 3. Math. 11.

Dicente domino, regnum cœlorum uim patitur & uiolenti rapiũt illud. Valde itaq; falleris qua sola natura, Spiritu secluso prorsus, hanc, quàm catholici attritionem uocant, originari putas.

HAERETICVS.

Verissimum est enim prouerbium omni doctrina de contritionibus hucusq; data præstantius, quo dicitur optima pœnitentia, noua uita. In omnibus hominũ uerbis nihil uerius est communibus prouerbiis, adeo, ut & scriptura sancta sæpius prouerbia tanquam uerissima citat. Ego autem defendo quod addidi, quo ostẽdi id prouerbii cum scriptura conuenire. Vbi Paulus dicit Galat. 6. In Christo enim Iesu neq; circuncisio neq; præputium aliquid ualet: sed noua creatura. Hanc sententiam debuerant damnare, quo stabiliui prouerbium dum me uoluerũt damnare: plane enim hic Apostolus docet omnia uana esse nisi simus noua creatura in Christo. At pœnitẽtia, quæ sine amore iustitiæ agitur, uetus adhuc est creatura, non plus ualens, quàm circuncisio aut præputium.

CATHOLICVS.

Respon. 4. Idcirco fortassis quorundam prouerbiũ extitit,

ut optima sit pœnitentia noua uita, quoniam fœdissima scœlestisq; malorum uita, non nisi quàm plurimis pœnitentiæ operibus uel exercitiis, in meliorem transferri queat, ita ut spontaneæ cuiusdam castigationis effectus, nõ autem castigatio ipsa sit noua uita. At si nouam tantummodo uitam à pœnitentia exortam pœnitentiam asseras, indecens ei suæ causæ nomen imponis, quod quãtum à uero distet, infra, quum de satisfactione tractabimus, latius exponemus. Verum quia positionis huius tuæ rationes ad contritionem etiam, quam Catholici statuunt, attinere uidentur, earundem hic solutiones inserimus. Pseudo igitur Apostolorũ dogma repellit Paulus, qui Iudæis placere crucisq; persequutionem effugere uolentes, legis se fingebant zelatores, gentilesq; ad circũcisionem cogentes, legem unà cum Euangelio seruandam esse dicebant. Ideoq; nec circuncisionem aliquid in Christo esse neq; præputium sed creaturam tantum baptismate genitã asserit Apostolus. Non itaq; pœnitentiæ opera sed malorum hæresim excludit Paulus. Gal. 6.

HAERETICVS.

Nam & Paulus quum conuerteretur luce subita circumfulsus eodem momẽto charitate indutus

est dicens. Domine quid me uis facere? Hæc uerba non dicit pœnitentia seruilis, quæ potius horret, & fugit à facie domini, sicut Iudas Scarioth. Charitas sola dicit. Domine quid me uis facere? Sis ergo certus simul dum homo conteritur, simul & gratia infunditur, & in medio terrore diligit iustitiam, si uerè pœnitet, sin autem, non simul diligit, non uerè pœnitet.

CATHOLICVS.

Respon. 5. Potest quippe summus rerum omnium opifex omnipotentia sua, inassueto singularíq; medio ad se trahere peccatorem, ut diuo Paulo contigisse credimus, qui timore nihilominus prius concussus, quàm charitate feruidus (ut Apostolorum acta fatentur) tremens ac stupens dixit. Quis es domine? Nos uero de assueto conuersionis ordine loquuti sumus, quo gratiæ obstantia salutari timore amouentur, atq; ad eam suscipiendam animus præparatur.

Act. 9.

HAERETICVS.

Dicit enim Paulus. 1. Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et. x. non qui se ipsum commendat ille proba-

tus est. Et supra dictum est. Delicta quis intel ligit? ab occultis meis munda me domine. Nūc autem in misericordia Dei situm est, quæ contri tionem propter fidem acceptat, ignoscens ubi non satis fuerit. Sic enim fides faciet, ut con- tritio, quæ de se nulla est satis, ne contritio qui dem pro contritione reputetur. Non enim con- tritio, sed fides reputatur ad iustitiam Rom. 4.

CATHOLICVS.

Suorum se cōscium esse delictorum minime ne- gat Apostolus. 1. Corinth. quum sancto re- pletus Spiritu cæterorum potius peccata noue- rit, quàm eum propria latuerint: sed sua Corin- thiis concione quidquam intulisse mali (prout imputabatur ei) se ignorare fatetur. Verū quo- niam ut secunda Epistola idem asserit. Non qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Idcirco profitendæ humili- tatis gratia, non se inde apud dominum iustifica tum scribit. Quum plurima quoq; sint præcauē da delicta, infinitaq; sint penè temptationū, pra- uarumq; suggestionū genera, absq; partiali diui ni luminis radio nequaquam agnosci, uel euitari possunt: occultaq; à Dauid peccata quædā esse dicuntur, non quia incognita, sed quoniam secre

Respon. 6.
1. Cor. 4.
Cap. 10.

Triplex occulti peccati causa.

to perpetrata, aut tantum íntẽta, atq; ab occulto fomíte sunt suggesta, quomodo etiã, quæ ab extrínseco uel ad extra sunt, aliena nuncupantur, hoc quídem sensu & delicta euitanda non intellígí díxit Propheta. Et ab occultís meís munda me atq; alíenís, cuncta scilicet hís crímina complectens, omníbus se expostulat emundarí. Scælera ítaq; nostra nobís ígnota fore non à recto díuínæ scripturæ tramíte elicístí, peccantís níhilomínus mens usq; adeò quandoq; peccatí uoluptate confundítur, ut se peccare mínime dígnoscat. Vtí Apostolo Paulo cæterísq; Chrísti mẽbra persequentíbus contigísse puttandum est, peccato attamen peracto, ní prorsus peccans reprobus exístat, díuína semper gratía afsístente, ac tum maxíme, quum est lætale peccatũ se, percípít peccasse. Omne quíppe uítíum (íuxta Damaseni, & Augustíní sententíam) naturæ contrarium est, ac ex contrarío facíle cognoscítur. Hínc Psalmographus aít, Quoníam íníquítatem meam ego cognosco & pctũm &c. Impío ígítur nedum íusto peccata sua cognoscere datum est. Quo autem pacto fides ad íustítíam reputatur superíus satis elucídatum est.

Quãdo quis ignoranter peccat.

Libro. 2. cap. 3. 12. de ciuitate Dei cap. 1. Psal. 50.

HAERETICVS.

Igitur fidem potius sacerdos exigat, & hãc asse-

rat pœnitens dicendo, ego credo, fidem autem ſentire poteſt in corde, ſi eam habet, ut Auguſtinus inquit. Et Paulus. 2. Cor. ult. Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi uos probate, An non cognoſcitis uos metipſos? quia Chriſtus Ieſus in uobis eſt: niſi forte reprobi ſitis. Ecce ſcriptura docet fidē ſentiri, & tamen negat omnia peccata intelligi: ac per hoc fidei tutius, quàm contritioni innitendum eſt.

CATHOLICVS.

Quo namq; pacto delicta nobis occulta ſint uel nota ſatis diximus, quoniam uidelicet pro ſalute non ignota ſunt, ut emendentur: fidem etiam ſaltem informem ad contritionem exigi iam dilucidum eſt. Quæ etenim extra fidem ſunt uana prorſus & abiicienda ſunt. Nam rerum quidē omnium ſperandarum ſubſtantia nuncupatur, q̄ ſuæ mentis aſſenſu externoq; fidei ſuæ experimento inſe quiſq; poteſt agnoſcere. Contritionem attamen etiam à pœnitente non exigēdam eſſe inde non euincis, quæ quomodo ex peccatorum collatione reſultet ſat dictum extitit. Reſpon. 7.

AN uero nō modo informē fidē, ſed & charitatem perſpicuā quiſq; nō reprobus inſe ualeat experiri. Non adhuc ſatis quidquam conſtare uidetur. Amplioris igitur inquiſitionis, non aſſer-

tionis gratia, hac in re nobis quædam adducēda sunt: Qui enim affirmatiuæ huius assertiōis parti adhærere uidentur, sic suam firmant opinionem. Primum siquidem eam hic fidem in se posse Corinthios experiri Paulus attestari uisus est, quàm in se nosce reprobi minime queunt: quū planè dicat, nisi reprobi sitis: quū aūt informem fidem ex solo credibilium assensu congenitā, reprobi in se utiq; norint. Fidem ergo charitate comite, in se corinthios experiri docuit, quum ait, uos ipsos tēptate, si estis in fide. Quicquid etiam boni peragimus, nū Dei ac proximi zelo id perficiamus, nobis haud ignotum esse probamus: At hæc in nobis fides est ex dilectione operans: nullo quippe conquisito pietatis habitu diuina absente gratia tam recta ualeremus intentione operari. Licet enim naturali quopiā compassionis abscynthio indigēti proximo succurreremus, quia tn̄ ad Christū un̄ charitas est, nō dirigitur, charitas esse nō poterit. Fidē igitur ex dilectione operātē in nobis sentire ualemus. In cassum nos quoq; Christus eiusq; p̄cones, ad charitatis opera ubiq; sectanda cohortarētur, nisi à mortuis operibus ea secernere nullactenus sciremus, qua nā mente q̄ ignoramus, perficere possumus? Quinimmo, non nisi etiam iustificantem charitatem, è sacris litteris, cū omnibus assidue custodire iubemur. Amplius si Dei electi se me

ritoriè operari formidassent, iustificantemq; con
ditoris gratiã in se esse non agnouissent, tot qui
dem pro Christo discrimina uariosq; labores nũ
quam perpessi essent: qui propriũ nihilominus
pro Christo sanguinẽ liberrimè effuderunt. Vn
de & Pet. 2. capite. 1. inquit. Frarres magis sata- Petr. 2. cap. 1.
gite ut per bona opera certam uestram uocatio-
nem & electionẽ faciatis. Augustinus etiam. 8. Aug. 8. de Tri.
de Trinitate ait. Habens charitatem magis no-
uit dilectionẽ, qua diligit, quàm fratrem quem
diligit.

Huius uero opinionis oppositũ arbitrantes plu
res etiam & clariores diuinæ scripturæ authorita
tes pro se afferunt. Nam Ecclesiastici. dicitur. Eccle. 9.
Nescit homo utrum amore an odio dignus sit.
Lucæ quoq;. Sic & uos quum feceritis hæc oĩa, Lucæ. 17. 18.
quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles su-
mus, quod debuimus facere, fecimus. Ecclesiasti Eccle. 5.
ci etiam. De propitiatu peccatorum noli esse si
ne metu, Christi etiam parabola huic fauet sentẽ
tiæ Lucæ. orantis. s. Pharisei iustum se esse cre- Lucæ. 18.
dentis. Paulus quoq; Rom. Tu autem fide stas Rom. 11.
noli altum sapere sed time. Et. 1. Corinth. Nihil 1. Corint. 4.
mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus
sum, Atq; ad Galat. Si quis existimat aliquid es Galat. 6.
se, quum nihil sit, ipse se seducit. Ratione etiam
id euidenter ostendunt: nam quum inuisibiles
animæ nostræ habitus, obiectis, uel actibus qui-

busdamq; eorũ effectibus secerni dignoscantur, rem autem prorsus eãdem pio charitatis affectu naturaliq; pariter amore æquè diligere ualeamus, ipsius charitatis actu atq; obiecto eam in nobis existere nullactenus discernemus, quũq; quidquid nostri sit meriti diuina tantum reuelatione noscatur, nulla aderit reliqua uia, qua in se quispiam iustificantem gratiam esse percipiat. Huic quidem opinioni seccurius quamplures catholici adhærent, omniaq; aliorum obiecta unico uerbo dissoluentes, nos fatentur, coniecturis signisq; quibusdam, nõ autem certitudine aliqua iustificantem gratiam in nobis posse dignoscere, quam quidem reprobi, quũ ea priuati sint, sentire nequeunt: sicq; & in martyrii agone martyres spiritus feruore certarũt, nostroq; spiritui Sanctus Spiritus testimonium perhibet, deiq; beneficia tanquam illius erga nos dilectionis signa noscamus, cuius nihilominus certitudinem nullatenus obtinemus. Vnde Paul. Phi. cum
Phi. 2. metu & tremore salutem uestrã operamini: ubi autem timor est non adest securitas. Priorem nihilominus opinionem tuẽtes hæc omnia dissoluere conantur. Secus enim est quo aduixerit homo, seq; assiduis charitatis operibus exercuerit, eam in se experiri posse, atq; de futura sui ipsius salute Dei iuditium scire uelle præsumere, qua equidem sententia sapientem ibidem loquutum

esse

esse dicunt. Vnde & subiunxit, sed oĩa in futurũ seruantur, incerta. Alius etiam eiusmodi scriptu ræ sensus adduci posset, ut de his. s. loqui inten/ dat sapiens, quæ iustis hoc sæculo pariter et in/ iustis, euenire cernuntur, quibus an odio quisq;, uel amore dignis sit, pœnitus ignoretur. At quũ per maxime hoc gratiæ æuo, quo electus quisq; nõ carne amplius sed spiritu uiuat, ac Christi spi ritu semper agatur, quum Rom. scriptum sit, qui spiritu Dei aguntur hi filii Dei sunt: atq; ibidẽ Paulus dicat. Ipse aũt spiritus testimoniũ red/ dit spiritui nr̃o, ꝙ sumus filii Dei: per inexisten/ tem quidem Dei spiritum non quid de seipso uẽ tuꝝ sit: sed Sancti Spiritus testimonium, qui in creata charitas est, utiq; in se spiritu uiuente qsq; discernere poterit. Nec secũdã Ecclesiastici sen/ tẽtiã obstare dicunt. Nimiã. n. peccandi temeri/ tatem reprimit ibi sapiens, nimiamq; de diuina misericordia confidentiã, hinc supra dixerat. Ne dixeris, quis me subiiciet propter facta mea, atq; infra ait. Neq; adiicias peccatum super peccatũ, & ne dicas miseratio domini magna est, quæ cer tè ab hac nostra consideratione longe distant. Nec Saluatoris nostri dictis Lucæ. positio hæc obuiare uidetur. operantis quidem elatio, non aũt elargitæ nobis diuine charitatis agnitio à sal uatore nr̃o, Catholicæq; Ecclesiæ patribus (ut aiunt) prohibetur, diuinã quippe gratiã in se esse

Rom. 8.

Lucæ. 17.

perſpiciens, ex ſuis bonis actis minime debet extolli, ſed bonoꝝ oĩum ampliſsimo largitori, indeffeſſe grãs exhibere, cæteriſq; pariter ſanctæ ſcripturæ authoritatibus in contrariũ adductis ſic ſatisfaciendũ eſſe exiſtimãt: Ne ſcilicet quiſpiam ſe coram Deo iuſtũ præſumere auſit, quũ neq; ex bonis operibus nos gloriari liceat, nec diuinũ nobis iuditium arrogare, ſeu quod futuꝝ ſit nobis iudicium uaticinari. At uero quum infuſa nobis uiua charitate fides, diuinæ ſit bonitatis ac magnificentiæ munus, diuina uero beneficia ignota nobis eſſe non debeant, quin & pro his inexhauſtas Deo gratias ſemper teneamur impendere, piè credendum eſſe dicũt, Deũ optimum muneꝝ ſuoꝝ notitiam noſtris mentibus indidiſſe. Aliam quoq; eoꝝ rationem ex his iã diſſoluere putant. Nam planè falſum eſt Deum nos ac proximum infuſa charitate naturaliq; amore æquè diligere, ut cuiq; Deum ex charitate diligenti notum eſſe poteſt: qui enim ex charitate diligit cuncta ad Deum refert: eumq; propter ſe & in ſe diligit, atqui naturali tãtũ affectu amat, oĩa ad ſui utilitatẽ carnaliter ordinat: quo quidẽ pacto & eoꝝ actus ac obiecta diſcreta ſunt: charitatiſq; meritum interno ſpiritu cognitum.

At hæc inquirendo potiusquam diffiniendo dicta ſint, qnibns non obſtantibus contritio ſemper exigitur.

SEPTIMA INQVISITIO.

AN SOLA FIDE SIT DELICTORVM REMISSIO.

HAERETICVS.



PECCATA Non sunt ulli remissa, nisi remitente sacerdote credat sibi remiti, immo peccatũ maneret nisi remissum crederet. Non enim sufficit remisio peccati & gratiæ donatio, sed oportet ét credere esse remissam. Ex istius articuli damnatione sequitur primo ꝙ confessurus non debet sese absolui aut remiti sibi peccatum, ac per hoc licebit in faciem sacerdotis dicere absoluẽtis, tu mentiris, non absoluor à te nec remituntur mihi peccata. 2°. ꝙ Christus sit mentitus, ubi dixit. Quodcunq; solueris, solutũ est. immo Christus hoc uerbo hæreticus est: quia hæc bulla inclyta mandat, ne quis credat sese absolutum, dum absoluitur uirtute uerborum Christi. Ego autem sic mea probaui: ꝙ Christus Mariam Magdalenam absoluit, absoluit ꝑꝑ fidẽ, sicut dicit, fides

tua te saluam fecit, uade in pace. Et paralyticum anteq̃ eum absolueret, dixit, confide fili, remitũtur tibi peccata tua. Ita quum in omni absolutione peccatoris, profferatur sententia diuina, necessario requiritur fides quæ credat huic sententiæ, sine qua frustranea est absolutio, & tota pœnitentia præsens autem fides sola satis est ad iustitiam & pacẽ cordis. Sicut enim credimus, sic fiet nobis. Corde aũt creditur ad iustitiã. Rom. 10.

CATHOLICVS.

Respon. 1. Credere utiq; debet pœnitens Christũ suis sacerdotibus absoluẽdi ligandiq; facultatẽ tribuisse: at nisi etiam & cõmissorum scœlerum, cum emẽdæ proposito pœniteat, absolutionis gratiam cõsequi minime poterit: quum plurima etiã occulta sint in hoc pœnitentiæ sacramento tum absoluentis sacerdotis, tum confitẽtis obstantia, atq; à Psalmographo instruamur seruire domino in timore, & exultare ei cũ tremore. Idemq; Phyl. nos edoceat Paulus dicens. Cum metu & tremore uestram salutem operamini: de suorum criminum propitiatu pœnitenti rationabiliter salubriter'ue formidandum erit. Amplius si sola fide fit delictorũ remissio, uel absolutio, in peccatis igitur adhuc persistens se nihilominus absolutum

Psal. 2.

Phyli. 2.



credēs, per te utiq; à peccato solutus esset: in peccato itaq; permanēs dum seruus est peccati, à peccato liber existeret: sicq; eodem temporis momento eademq; ratione ac respectu eiusdem liber esset & seruus, absolutus & non absolutus, quæ dicere absonum est. Nulla quoq; (hoc stante) de absoluentis potestate, uel criminis qualitate, ratio habenda foret: quod cōtra Ecclesia scribitur. Ne subiicias te omni homini pro peccato. Origen. etiam super Psal. Tantummodo circunspice diligentius cui debeas confiteri peccatū tuum: proba prius medicum, cui debeas languoris causam exponere. Basilius quoq; de institutione Monachali. confessio (inquit) peccatorum tantūmodo fieri debet apud eos, qui curare hæc præualent, & emendare: secundū quod scriptum est uos, qui fortiores estis, infirmitatem infirmorum portate, omnes præterea pœnitentiarii canones attestantur, iuxta criminis qualitatem ac quātitatem & plagarum modum esse debere. Vnde & Apoc. scribitur, quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Non igitur sola pœnitētis fides sed & uniuersa ista perpendenda sunt: ut scilicet peccatorum absolutio ualere posit: Non modo etiam soluendi facultas sacerdotibus tradita est, uerum etiam & ligandi. Si igitur confitentem quempiam sacerdos rationabiliter non absolue-

Eccle. 4. circa finem.

Orig. super Psal. 37.

Basil. de institutione monacha. cap. 98.

Deut. 25.

Apoc. 18.

ret, illeq; se solutum crederet, uerè per te iam so-
lutus esset: ligandi itaque facultas sacerdoti-
bus frustra condonata esset, quum neminem
sic se solutum esse, credentem quantumlibet
scœlestum atque indispositum ligare posset:
Delinquentis etiam uoluntas, quum lætali quo
piam peccato ab ipso Deo auersa ad commuta-
bile bonum conuersa diuinæ gratiæ eidem pror
sus oppositæ ac peccatorum remissionis capax
esse non possit, nisi priori peccati affectione
abiecta opposita peccato uoluntate ad Deum
Interioris pœnitē tiæ uirtus. pœnitus sit reuersa, hæcq; sint interioris cuius-
dam pœnitentiæ uirtus, nec se una cum pec-
candi proposito patiantur, lætalium criminum
solutionem absq; huiuscemodi interiori pœnitu
dine, sola fide nullus unq̄ percipiet. Nam quum
naturalissimum agens sit Deus, absolutionis gra
Hiere. 3. tiam nō nisi disposito confert pœnitenti. Hinc
Hierem. dicit dominus. Conuertimini filii re-
uertentes, & sanabo auersiones uestras. Ecce ꝙ
conuersio ad Deum integram animæ sanitatem
Lucæ. 7. antecedit, diligenterq; cōspice, quid de Magda
lena saluator dixerit: ait & enim Lucæ. remitun-
tur ei peccata multa, qm̄ dilexit multū.. Fide igi
tur & dilectione pariter iustificata est: quibus
utiq; impiū iustificari cōdecet. Inde eius lachry
me ac pedum oscula atq; eoꝝ unctio tersioq; ui-
uæ fidei eius fructus existentes, interiorēq; mu-

lieris pœnitudinem conuersionemq́ꝫ attestantia dinumerantur: quumq́ꝫ hæc sint (iuxta Aquina- tem Thomã) interioris pœnitentiæ uirtus, absqꝫ eiusmodi interna pœnitentia, qua ad Deum re- uersa priorem uitã detestata est, nequaq̃ à Chri- sto absoluta fuit. Vnde Gregorius in ea home- lia inquit. Per gratiam thraxit intus, quam per misericordiam suscepit foris. Neqꝫ huiuscæmodi interioris pœnitentiæ uirtus defuit Paralitico, qua ad Deum ex animo conuersus anteriorem uitam prorsus contempserit. Sacramento- rum autem omnium institutor ac prin ceps, cuius uirtus uisibilibus sacra mentis minimè alligata est, noxarum condonatio- nem, quæ nobis abso- lutionis sacramen- to applicatur, absqꝫ exte- rioris pœnitentiæ sacramen- to seu illius mini- stro elargiri utiqꝫ põt.

Thom. aqui. Parte. 3. q. 86. art. 2.

Grego.

OCTAVA
INQVISITIO.
DE ARBITRARIAE SATISFACTIONIS NECESSITATE.
HAERETICVS.


ATISFACTIONEM Etiam, qualem ipsi docent, negaui: quod mihi non erit difficile probare, ostendant enim si possunt, ubi in tota scriptura unus apex, aut iota scribatur, pro peccato mortali uno, debere satisfieri decem annis, dicant ubi pro differentibus peccatis differentes pœnas statuat Christus & Apostoli. Non'ne hæc omnia sunt postea inuenta ab Episcopis? immo dent unum ex antiquis patribus, in quo legātur quadragenæ, septenæ, & similia?

CATHOLICVS.

Respon. 1. Diuinam quippe iustitiam dignam pro peccatis satisfactionem

ſatisfactionem exigere, cuiq; credenti ſatis com pertum eſt: quum proprio filio ſuo nõ pepcerit Deus, ſed ad ſuæ iuſtitiæ oſtenſionem (ut Apo ſtolus ait) in remiſsionem præcedẽtium delicto rum, in eius ſanguine, propoſuit propitiatorem, cuius ſola ſatisfactio æternæ noſtræ mortis abo litoria, ac peccatorũ remiſsionis meritoria eſt: no bis tamen uera fide atq; contritione applicanda.

Rom. 3.

Sola christi ſatisfactio æternæ mortis uincula ſiluit.

At quum rectitudinem quandam denotet iuſti- tia, crimẽ uero, tum ſui actus, tum fomitis etiam poſt remiſſam culpam adhuc remanẽtis ratione, obliquitatem dicat, ſi diuinæ iuſtitiæ rectitudi- ni delinquentem iterum conformari opportet: non tãtũ criminis actum per abſolutionis ſacra- mẽtum, quo & qui grauiſsimis, & qui leuiſſimis delictis inuoluti fuerant, pares ſunt: expiaſſe opus eſt: ſed omnem etiam illius obliquitatis re liquam radicem atq; habitum oppoſitis actibus, qui ſatisfactionis opera nuncupantur, euulſiſſe. Pariter enim & originalis peccati fomitẽ quot- tidianis caſtigationibus deprimendum fore no- biſcũ aſſeris: eius nihilominus reatu p baptiſmũ abolito, quum tamen cæterorum criminũ fomi- tem magis neceſſum ſit explantare. Verũ quum prauus flagitiorum uſus difficile aboleri queat, mora quadam temporis pœnitentiæ operibus paulatim cõſummendus erit. Non ab re itaq; cer tam temporis menſuram pro pœnitentia agenda

Cur ultra abſolutionis Sacramentum ſatisfactio requiratur.

Quare temporis mora in agenda pœnitentia requiratur.

antea, uetutissimis canonibus, illa demum sæueritate ablata, secretiori Ecclesiæ præsides præfixerunt, quorũ arbitrio (ut Hiero. ait) canones statuunt relinquendam. Nam si sacerdos spiritualis medicus censendus est, pro cuiusq; morbi qualitate conditione'ue apta nosse debet adhibere remedia, quũ præcipuè ex Dei mandato (ut Ioan. scribitur) inter soluendos ligandosq; habeat discernere: pro quibusdam tamen culpis (ut idem Hiero. inquit) pœnitentiæ modi ex canonibus sunt impositi: iuxta quos reliquæ culpæ perpendendæ sunt: qui nempe etiam pœnitentiæ canones seu modi è diuina scriptura elici uidentur. Nam quum. 1. Cor. scriptum sit, omnia patribus in figura contigisse, scripta tamen esse ad correptionem nostram. Leuiti. uero habeatur: Deum quasdam lepræ speties septem dierum spatio à sacerdote emundari iussisse, quasdam autem solo eius arbitrio sanandas uoluit: his æquidem nil aliud censeo designari, quàm uarios expiandorum criminum modos, uariaq; pœnitendi tempora pro flagitiorũ uarietate, fore in hac gratiæ lege statuenda: atq; id genus omne discreto sacerdotis arbitrio relinquenda. Hinc & Deut. scribitur. pro mensura peccati & plagarum modus. Et Apocal. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Pro peccatorum itaq; differentia & diffe-

Ioan. 2.

1. Cor. 10.

Pœnitentiæ arbi. modi in diuina scriptura præfigurati.

Leuiti. 13.

Deut. 25.

Apoc. 18.

rentes pœnas ſtatuiſſe Deum ſcripturæ ſanctæ ualde conſonum eſt.

HAERETICVS.

Legimus ſanè multos adeò propter peccatum caſtigatos, ut Dauid Moyſem. Aaron, Mariam, populum Iſrahel: & aliquos eorum, quos Chriſtus in euangelio curauit. Et. 1. Corint. xi. multi infirmi inter uos & dormiunt multi: ſed hæc non erat ſatisfactio, quam iſti docent, ſcilicet remiſsibilem per claues. Ita & modo multos punit Deus pro peccatis, quas pœnas tamen Eccleſia non poteſt auferre per claues. Quare uerum dixi arbitrariam iſtam ſatisfactionem nec in ſcripturis, nec in patribus inueniri, inueniri autem pœnam, irremiſsibilem à Deo impoſitã: ut Pſal. 88. Viſitabo in uirga iniquitates eorũ, & in uerberibus hominum peccata eorum.

CATHOLICVS.

Quererem abs te, cur Deus plurimos ob ſcœlera flagellauerit? Nempe qm̃ uoluntariam ſuorũ ſcœlerum ultionem in ſe exercere neglexerint, atq; ita ſeipſos iuxta Apoſtolicum dictum diiudicare contempſerint: uice igitur cuiuſdam ſpõtaneæ criminum mulctæ, quæ meminiſti flagel- Reſpon. 2.

1. Corinth. 11. Flagella à Deo ob peccata immissa arbitrariæ satisfactionis suplemento sunt.

la peccantibus immituntur: quæ autẽ iam sponte suscipitur, sacerdotis etiam iuditio ueluti lepræ emundatio, moderanda est. Quare arbitrariæ neglectæq; pœnitẽtiæ seu satisfactionis supplemento diuina infligitur delinquentibus castigatio. firmant ergo potius, & non auferunt arbitrariam satisfactionẽ impositæ nobis à Deo pœnæ, nonnunquã etiam has à Deo pœnas ob præuiam quandam pœnitudinem remissas esse legimus prout. 2. Regum, de Dauid uideri potest.

2. Reg. ulti. Hiere. 18.

Vnde & in Hiæremia dicitur. Si pœnitẽtiã egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui ut facerem ei.

HAERETICVS.

Dicent forte relictum arbitrio Ecclesiæ taxandam pœnam pro peccatis. Respondeo, hoc iam non est scripturas secundum propriam sententiã afferre, probetur, quo loco Christus hoc arbitrium reliquerit Ecclesiæ: tibi enim non credo. Nam ubi dicit. Quodcunq; ligaueris. magis ad culpam, quàm ad satisfactionem attinet. Culpa enim ligari & solui propriè dicitur: non confesio aut satisfactio. Ita & illud, quorum remiseritis peccata, remituntur eis. Alioquin

dicere debuit. quorum remiseritis satisfactiões remituntur eis. Quare diuinitus aut nulla est satisfactio, aut remiti humanitus non potest.

CATHOLICVS.

Respons. 3.

His ipsis sacris scripturis atq; aliis sanè intellectis obfirmamus pœnam pro peccatis taxãdam Ecclesiæ arbitrio fore relictam. Nam & si culpa sit, quæ tantummodo dissoluatur, quinimmo nõ culpa, sed pœnitens ob culpam (si uere pœniteat) soluitur. At si eum peccasse non pœniteat, ligatur: non nisi tamen optimo remedio ac medicamine adhibito soluitur, ac ligatur: hoc quippe esse arbitror sacerdotẽ quẽpiã soluere seu ipsius noxã relaxare: q; debitã pro pctõ, iã Christi beneficio abolito, pia relaxationis opa pro reliqua illius noxæ contagione expiãda iniungere. hoc uero retinere, quod pœnitentis, uel confitentis obduratione perspecta, nulla ei prorsus pro peccati reliquo imposita pœnitentia, illius animæ lepram pro illius saltem obstinationis tempore insanabilem di iudicare. Vnde & Cyprianus in remitendis delictis se leuiore satisfactione plusquam opporteat, quàm scilicet euangelicum mandatum permitere uideatur, delinquere dixit. Non'ne & diuinum præceptum illud ad

Quid sit peccata relaxare & retinere quo ad Sacerdotem ministrum.

Deus solus noxas relaxat.

Euangelii præco pœnitentibus iniunxit dicens, facite fructus dignos pœnitentiæ, non aũt Christiano tantum dignos fructus fieri docuit, ut exponendum putas, sed pœnitentiæ dignos, qui uidelicet, pro commissis etiam remedia esse queant. Non modo autem de spontanea, sed de iniũcta quoq; pœnitentia intelligendum erit, utraq; enĩ dignus pœnitentiæ fructus existit. In Mat. dominus ait. Pœnitentiam agite appropinquabit enim in uos regnum Dei: quæ si de uoluntaria tantũmodo pœnitentia, & non quæ Sacerdotis arbitrio, dicta fore asseras: euidens statim in te insurgit ratio. Nam si ueteri lege euangelicã præmonstrante corporalis lepræ ægritudo (ut prædiximus) legalis sacerdotis arbitrio, Dei mã dato, curanda erat, q̃ magis Spiritalis animæ lepra, quàm dominus pœnitentia emũdari uoluit, Euangelici pastoris iuditio accedẽte, cui cœlorũ claues diuino ore traditæ sunt, medenda atq; expurganda erit.

Math. 4.

HAERETICVS.

Hoc libens concesserim, q Ecclesia mater pio affectu præuentura manum Dei, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam ne incurrãt flagella Dei, sicut Niniuitæ opibus suis spõtaneis

præuenerunt iuditium Dei. Hæc quidem pœna arbitraria est non in totum, ut illi uolunt, sed tamen necessaria: at nostri indulgētiarii etiam cōtra Ecclesiam asserunt remitti pœnitus omnem satisfactionem, etiam à iustitia diuina requisitā; quod est erroneum & impium. Nam aut nos, aut Deus, aut homines puniūt peccata, quod illi per indulgentias tollunt omnino. Contra hanc eorum falsam & fictam satisfactionem, quā & solam habent, ego pugnaui, quam ideo solam finxerunt, ut lucra sua augerent, & homines exhaurirent fallerent ac perderent, quum si essent pii pastores potius imponerent pœnas: Et Ecclesiæ exemplo præuenirent Deum: sicut Moyses eū præuenit occidendo filios Israhel propter peccatum uituli aurei.

CATHOLICVS.

Respon. 4.

Omnem prorsus arbitrariam peccatorꝝ pœnam iam superius abieceras, hic autem à ueritate coactus eam propemodum fateris. Catholicis tamē falsò obiiciēs, omnem scilicet satisfactionē eos indulgētiis uelle prorsus auferre, quum ipsis potius pia semper opera pœnitentibus imponere quærāt, arbitrariamq́ꝫ peccatorū pœnam in pias causas commutandi, non autem auferendi, nisi rationabili atqꝫ urgente causa eis ab Ecclesia sit cō

Non omnis ex indulgentiis aufertur satisfactio sed commutatur.

donata poteſtas. Veteri præſertim illa pœniten-tialis canonis ſæueritate remiſſa, fide quoq; ac charitate iam perdita, prout etiã uetuſtiſsimi ca-nonum pœnitentialium libri (à quibuſdam ſerua ti) atteſtari uidentur, à quibus & commutandi, & canonis pœnitentialis ſæueritatem redimẽdi ritus originem thraxit. Atq; ideo arbitraria ſa-tisfactio autumanda uidetur, qm̃ non eadem ſæ-ueritate, nec eodem tempore, neq; eadem indul gentia aut moderatione omnium crimina expiã da ſint, ſed grauiora duriori, leuiora mitiori pœ-na ſint expurganda. Vſq; adeò etiam internus pœnitentis dolor eſſe poſſet acerbus, ut nulla amplius externa ſatisfactione opus eſſet: quin & hoc caſu pœnitus tollenda: quum (teſte Hie ronymo) non tam ualeat apud Deum menſura temporis quàm doloris: idcirco intelligentis ſacerdotis arbitrio totum magis relinquendum ſit: quia tamen interna hæc ſatisfactio difficile innoteſcit, publica ſatisfactio ueteribus gratior erat. Hac tamen interna pœnitentia, quæ con tritio quædam cenſenda eſt uerè poſſeſſa, fit Chriſti gratia omnium delictorum remiſsio, ueluti quibus ipſe ulla pœnitus exteriori pœ-nitentia exacta liberaliſsimè pepercit. Extrin-ſeca nimirum ſatisfactione, ab Eccleſiæ præſide poſtmodum recte adiuncta.

Quando tollenda ſit pœnitus ſatis-factio.

Hieron. de pœni-tentia.

Hæreticus

HAERETICVS.

Optimum autem fuerit si nos ipsos puniremus, hoc autem facimus quando ex toto corde uitã totã mutamus, hac.n. pœnitentia & atisfactione Deus contentus est, quantum probant scripturæ sacræ: Et præsertim Ioan. Baptista. Lucæ. 3. sic. 1. Corinth. xi. Si nos ipsos iudicaremus, nõ utiq; iudicaremur à Domino: quum autem iudicamur à Domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Ecce pœna & correctio prorsus irremissibilis, quæ à Deo imponitur, & exigitur.

CATHOLICVS.

Nostra in nobis flagitia corrigere: nullus sanctorum patrum est, qui nõ approbet, nam & his castigationibus cœlestis iudex placatur, quò minus ultionem de nobis summat atq; (ut ait Ambrosius) his emẽdationibus factis superiora peccata conteguntur, in quam sententiam & beatus Petrus dixit. Charitas operit multitudinem peccatorũ: bona plane satisfactionis opera per charitatem intelligens, quibus operiuntur crimina. Vnde & secundo. Paralipomenon, inquit dñs. Si clausero cœlum & pluuia non fluxerit, & mãdauero & pcepero locustæ, ut deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, conuer-

Respon. 5.

Ambr. per tractans illud beati quorum.

1. Pet. 4.

Paral. 17.

ſus autem populus meus, ſuper quos inuocatum eſt n omen meum, depræcatus me fuerit, & quæſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à uiis ſuis peſsimis, & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorũ, & ſanabo terram eorum. Ad hanc uero ſpontaneam pœnitentiam explendam non ſat eſt, ut putas, omnem uitam ex toto corde mutare, ſiue (ut Chriſoſtomus ait) à priſtinis tantum malis deſiſtere, ſed etiam meliora ſequi offitia, nec ad ſanitatẽ ſatis eſt nobis exthraxiſſe tantum ſagitas, uerum & medicamenta uulneri imponenda ſunt, nec tantum dictum eſt à ſapiente. Fili, peccaſti, non adiicias iterum, ſed & adiectũ eſt: & de p̃teritis dep̃care dñm, ut tibi dimitãtur. Neq; Math. dñs cilitii & cineris pœnitentiã cõprobaſſet dicens. Si in Tyro & Sydone factæ fuiſſent uirtutes, q̃ factæ ſunt in uobis, olim in cilitio & cinere pœnitẽtiã egiſſent. Paulus quoq; iuſtis ac ſanctificatis, qui nihilominus ex toto corde in Xp̃m oẽm uitã mutarãt, in hãc formã minimè ſcripſiſſet. Sicut exhibuiſtis mẽbra ueſtra ſeruire immũditiæ & iniqtati ad iniqtatẽ, ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Pia quidẽ ſatisfactionis exercitia eis ex hoc innuens, quibus peccatorum reliquas maculas nondum plenè abſterſas ſatisfactione emundarent. Non ne & Dauid poſt pctũm ſibi iã à Deo remiſſum, accerrimè ſe ſp af

Chriſoſt. 80.

Non eſt optima pœnitentiam ſolum uitã mutare

Math. 11.

Rom. 6.

flixit, ut ex pluribus eius psalmis est uidere. Vnde & dicebat. Lauabo p singulas noctes lectum meũ, Lachrymis meis stratũ meũ rigabo: oẽsq; pariter ueteris ac noui testamẽti Dei uiri, sp hæc salutaria castigatiõis exercitia ieiuniũ. s. Elemosinas, ac orõnẽ, asiduãq; sui corporis mortificatiõnẽ libentisime cõplexi sunt, quæ certè in cassum per egissent, si uitam tm̃ in melius cõmutare sufficisset. Ast quo nã pacto solius uitæ mutationẽ, optimã asseris pœnitentiã, quũ ipse paulo superius scœlerũ castigationẽ ineuitabilẽ fore attestatus sis, ubi & Niniuitarũ. Moysiq; exẽpla adducis. Tibi quidẽ q̃ citius aduersaris. Sed & nos alia testimonia, quæ in hac re produci possent; bræuitatis causa hic ommitimus.

Psal. 6.
Vitam in melius mutare non sufficit ad uerã pœnitentiã.

Nota.

HAERETICVS.

Vehemẽter autem odi, & sublatum uellem hoc uocabulum satisfactio, quod non modo in scripturis non inuenitur: sed & periculosum habet sensum, quasi Deo quisq̃ posit pro ullo pctõ satisfacere: quum gratis ille ignoscat omnia. Deinde occasio fuit, ut ẽ salutari pœnitẽtiæ remedio, nundinas facerẽt, Vellẽ magis ut disciplina, castigatio, uisitatio, correptio, aut alio quopiã scripturæ sanctæ uocabulo nominaretur.

CATHOLICVS.

Respon. 6.

Si quæ iam de satisfactione prædiximus, benè recenseas. his etiam tuis reliquis cauillationibus satisfactum fuisse cōspicies. Redēptoris etenim nostri pasionē & mortē solā esse remissionis criminum uerè meritoriā: æquā pro delictis cōpensationē nostramq́; propitiationē, qua. s. sola pro cunctis mundi peccatis diuinæ iustitiæ plenè sit satisfactū, facile percipies: nobis aūt uera fide ac contritione applicandā: cæteras uero satisfactiones nr̄as illius tm̄modo uigore quādā expiationis efficatiam summere, sicq; ue℞ planè esse fatemur, Deo optimo neminem ex se posse pro ullo pctō satisfacere, neq; ēt actiones nostræ, quibus pro delicto℞ reliquiis euellēdis utimur, proprio satisfactionis nomine, æquā scæle℞ cōpensationē exprimente, appellādæ sunt. Attamen qm̄ clemētissimus re℞ opifex, nō ad effectū tm̄, sed ad internū potius affectum respicit, uiles exiguasq; castigatiōes nr̄as unigeniti filii sui merito, in meritorias excessuū nr̄orum pœnas satisfactionēq; admitit, hanc ob cām & ueteri & noua lege plura pro noxis expiādis, remedia semp instituisse legitur, quæ utiq; in deliquentiū satisfactionē assumeret, quare & pœnitentiæ nr̄æ actus in hunc loquendi modum satisfactiones appellari poterunt, sed de satisfactione hæc dicta sufficiant.

Sola Christi passio est uera satisfactio.

Quomodo satisfactionis nomine uti debemus.

NONA

INQVISITIO.

AN SOLA FIDES DIGNVM FACIAT QVI EVCHARISTIAM SVMMIT.

HAERETICVS.

MAGNVS Error est eorum, qui ad sacramentum Eucharistiæ accedũt, huic innixi, ꝗ sunt confessi, ꝗ non sint sibi conscii alicuius peccati mortalis, ꝗ præmisserint orationes suas, & præparatoria, oẽs illi iuditiũ sibi manducant, & bibunt, sed si credũt, & confidãt se gratiã ibi consequuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos, hic stat pro me Paulus dicens, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Quare adhuc dico, si fidem excludas, oĩa, quæ facis, deceptiones sunt, & peccata, Rom. 14. omne, quod nõ est ex fide, pctũm est. Cum.n. in sacraméto quolibet, sit uerbum promissionis, (ut superius diximus) necessario sequitur, ꝗ non opus ullũ, sed fides exigitur, q̃q̃ uerum sit fidem nõ esse posse sine sequẽ

tibus operibus. Crede primum uerbis sacramenti, & hac fide purificatus, tñ si libet præpara ora, & fac quæ uoles, oportet. n. accedẽtem ad Deũ credere, & sine fide impossibile est placere Deo, Heb. xi. & postulet in fide, nihil hesitans.

CATHOLICVS.

Respon. 1. Accerime quippe exprobrãda atq; explodenda est hæc tua pernitiosa ac prophana sententia, qua animatũ Dei excelsi templũ ad suiipsius cõditorem internæ suscipiendũ, interioris hominis, mũditia exhaustũ, sola fide accedere suades. Nisi. n. per fidẽ reliquas etiã cœlestes animæ dotes, uel Dei dona prætendas, quid respondeas Paulo ingnoro, quum. 1. Cor. de nostri corporis tẽplo proloquens, ait, si quis aũt Dei tẽplum uiolauerit, disperdet illum Deus, & subdit, templum enim Dei sanctum est, quod estis uos, si itaq; uiuum Dei templum inuiolatũ seruare iubemur, quare ad sui imaculati plasmatoris susceptionẽ, nõ omni infectione seu contagione purgandũ? At quomodo sola fide, spe, autẽ & charitate, nec non Dei timore, & castitate, seclusis, mũdũ Deo tabernaculum esse poterit, neq; enim fides charitas est, aut Dei timor, uel castitas esse potest. Quæ nihilominus oĩa ad eiusmodi susceptionẽ, sacramẽti prorsus, necessaria sunt. Nã sicut fides

Paul. 1. Corint. 3.

ad ſacramẽti agnitionem ĩtellectũ illuminat, ita affectum charitas inflammat. Fides accedentem genuflectit, charitas illius os ad ſummendũ aperit, quũ cibus iſte non inuentrem, ſed in mentẽ uadat, abſq; hiis aũt, hoc lapſis erit ſacramentũ, quod grando frugibus, quod turbidum ſydus arboribus, quod armentis peſtilens uaſtitas, qđ nauigiis ſæua tempeſtas (ut Cypri. inquit) ꝙ ſi eadem ad ſacramenti ſuſceptionem, conſequenter ſed non primo, requiri fatearis, fidem uero primo intendi, debbere, hæc pernitioſo ſermone promis, quinimmo & oppoſitum aſſerere uideris, quum ais, ꝙ non opus ullum ſed fides exigitur, haſq; neceſſarias ac ſalutares præparationes in ſuſcipientis arbitrio (ueluti nullius momenti rem) relinquendã ſtatuis, dicens, ſi libet ꝑpara, ſic autem & cauillationes tuas immediũ affers, ac ſi ſecluſa pœnitus, ſeu poſtpoſita fide, huiuſmodi animi præparationem Chatolici edocuiſſent, quod erroneum eſt. Nam & ipſi fide, ſemper (ueluti totius noſtræ ſalutis, præcipuo fundamẽto) præ ſuppoſita loquuntur, neq; enim Eccleſiæ Chatolicæ patres Apoſtolicam ſententiã. ignorarunt, nequaq̃. ſ. nos abſq; fide Deo poſſe placere, ſed omnimodã Dei tẽpli expiationẽ. pro cœleſtis regis hoſpitio, neceſſario exigi ſanxerunt, de quo ẽt humani corporis tẽplo Pa. 2. Cor. meminit, dicẽs, uos. n. eſtis tẽplũ Dei uiui, & ſequẽ

Cypri.

Heb. 11.

Paul. 2. Cor. 6.

ti cap. ait mundemus nos ab oĩ inquinamẽto car nis & ſpũs perfitiẽtes ſanctificationẽ, in timore dei, nõ quidẽ ſola fide, dixit Apoſt. ſed addit in timore Dei, & tu, cõtra Apoſtolũ, inquis, hæc ſo la fides facit eos puros & dignos, ſtat ne, modo pro te Paulus, an forte Sathanas? cernis ne q̃ im pudenter, in deũ tanq̃, lucifer, hæreſibus tuis te ipſum erexeris? hæc nẽpe nõ ſunt Rom. Pont. co
1. Cor. 11. mẽta ſed p̃conis dei uerba, iã, & Corinthii utiq; ĩ Chriſtũ crediderãt. quos tñ, qm̃ irreuerẽti atq; infrunito aĩo, nulla uel modica diſpoſitione præ uia, ad euchariſtiæ ſacramẽtũ accedere p̃ſumpſe rãt, increpauit Apoſt. demũq; hortabatur, dicẽs, ꝓbet aũt ſeipſum homo, & ſic de pane illo ædat, & de Calice bibat. Qui. n. manducat, uel bibit in digne, iuditiũ ſibi manducat & bibit. Hanc ẽt in terioris nr̃i hominis expiationẽ, ad ſummi Dei hoſpitiũ p̃parandũ, fide nihilominus p̃ exiſtẽte, requiri, ſatis bona ſuaſione, quin potius rõne cõ prehẽditur, quis. n. uſq; adeò inſanus eſſe q̃at, ne ampliora in dei tẽplo decernat debere fieri orna mẽta pro deo ipſo hoſpitio ſuſcipiẽdo, q̃ pro cu iuſq; ẽt ſublimi hominis hoſpitalitate parãda, nã ſi mortalis mortalẽ ſuſcepturus hominẽ, cunctis domũ ſuã ſordibus emũdatã eſſe enitit̃, q̃to am plius ĩmortalẽ oĩum regẽ, ſuiq; reparatorẽ rece pturus, cũctis inde eiectis ĩmunditiis, uniuerſis, qbus põt, ſpiritualibus, internã illius domũ p̃pa

rare tene

rare tenebit̃, ornamentis, si.n. (ut ait Ambr.) mulierculæ aliquas ferias suscepturæ uestiũ suarꝫ maculas solent aqua diluere, cur nõ magis nos cœlestẽ oĩum dñm intra nr̃i cordis hospitia exceptu ri, nr̃arꝫ aĩarꝫ maculas fletibus abluamus? Nam & Leui. aĩa quæcꝫ ĩmunda, ab esu carniũ salutaris ostiæ excludebat̃, q̃to magis ergo, sorde quo uis infecta anima, licet, fide secura, ab hoc tã ineffabili tremendoqꝫ sacramẽto, repellenda cẽsetur, prolixiora aũt reliqua in hac materia ommittẽtes, hæc compendiosæ dicta sufficiant.

Ambro. Sermo ne de Aduentu.

Leui. 17.

DECIMA

INQVISITIO.

DE LIBERO HOMINIS ARBITRIO.

PRIMA DIGRESSIO.

HAERETICVS.



IBERVM Arbitrium post peccatum, res est de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter, infœlix liberum arbitrium, iustus in bono opere peccat mortaliter, ut uidemus, &

ipsum iactatur ante iustitiam aliquid esse & posse, est autem articulus nixus primo uerbo Augustini de Spiritu & littera Cap. 4. Liberum Arbitrium sine gratia, non ualet nisi ad peccandum: rogo, quæ est ita libertas, quæ non nisi in alterã partem potest, eamq; peiorem? est hoc esse liberum, non posse nisi peccare? sed Augustino non credã, scripturas audiamus, Christus dicit Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, quid est hoc nihil ꝙ sine Christo facit liberum arbitrium? præparat se (inquit) ad gratiam, per opera moraliter facta, sed ea Christus facit hic nihil, ergo per nihil se præparat, mira præparatio quæ per nihil fit, uerum quod illud nihil sit, ipse frequẽter exponit dicens, siquis in me nõ manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligunt eum, & in ignem mittunt & ardet, Christum ergo audiamus qui palmitis excisi ponit quiq; perditionis gradus quibus ostendit eum, se non modo non posse ad bonum parare. Sed necessario peiorem fieri, primus est quod foras mittitur, ergo non intromittitur, datur in potestatẽ Sathanæ, qui non permittit eum conari ad bonum: quid enim aliud, foras mittere, potest significare? Secundo arescit, hoc est, quotidie peior fit, sibi relictus, atq; hæc sunt opera duo liberi arbitrii, scilicet peccare & perseuerare, augescereq; in peccatis, foras misti, & arescere, Si enim aliud potest

liberum arbitrium, Christus certe mẽtitur. Tres sequentes pœnæ sunt, colligunt, scilicet, ad iudi- tium, ut couincatur cum aliis, deinde lata senten tia, in ignem mittunt æternum, ubi tandem non nisi ardet, id est, pœnam luet æternã, nihil ergo posse liberum arbitrium, nõ est (ut illi fingunt) non meritorium operari, sed est foras miti, & are scere, palmes excisus non se parat ad uitem, neq; enim potest, sed lõgius fit à uite, & magis ac ma gis periit, ita liberum arbitrium, Seu ipsius ho- mo. Gene. 6. &. 8. sensus & cũcta cogitatio cor dis humani, ad malũ prona sunt omni tempore, obsecro, qui cunctam malam facit, idq; omni tẽ- pore, quàm reliquit bonã, quæ præparet ad gra- tiam? an malum disponit ad bonum? non est qđ hanc authoritatem eludat quisq̃, quasi cogitatio nem suam malam possit. homo cohibere aliquã do. Quæ.n. cogitatio, hoc facit aut patit͛, utraq; bona est, sed inter eas quæ cuncte dicuntur non numerabitur, si una bona in eo esse potest, men- titur moyses, qui cunctas malas esse affirmat, in super textum Hebræum sic referre licet, quoniã quicquid cupit, & cogitat cor hoĩs, solummodo malum est omni die, additur enim particula ex- clusiua ad malum, quàm nostra translatio non re- didit, nec uerbum cupit redidit, nec plenæ uerbũ cogitat seu cogitationem uertit, uult enim moy ses non modo otiosas & spontaneas sed & inge-

niosas, & eas, quibus homo de industria cogitat aliquid facere, atq; has etiam nō nisi malas dicit, ut nihil faciant pelagiani isti, qui libero arbitrio tribuunt. Si studiose laboret, ad bonum aliquid ualere. Iterum Gen. 6. non pmanebit spiritus me us in homine, qa caro est: quid potest in bonū? an ignoramus opera Carnis propria, Galath. 5. quæ sunt fornicatio, in munditia, lasciuia, iræ, inuidiæ, homicidia. Hæc ergo sunt, quæ liberum arb. facit, dum facit quod in se est, hæc autem omnia sunt mortalia, nā Rom. 8. prudentia carnis mors est, & inimica Deo, quomodo mors ad uitam? Quomodo inimititia ad gratiā, se disponet? si enim spiritus in hominibus, non manet, mortui sunt coram Deo, mortuus autem non uitæ sed mortis opera necessario faciet, opus autē mortis ad uitā non disponit, figmēta ergo sunt omnia, quæ de præparatione liber. arb. ad gratiam, tot libris tractata sunt, Esaias etiam dicit. 40. Suscepit de manu dñi duplicia, pro omnibus peccatis suis, quid hic dicent? gratiā dicit à Domino nō dari, nisi pro peccatis, scilicet pro malis, atq; id quod dicit, omnibus, id significat, quod nihil nisi peccata fecerit ante gratiā, seu omnia opa eius peccata fuerunt. si autem de manu, domini contingit suscipere gratiam, pro operibus congruis. quæ peccata non sunt, falsum hic Esaias dixit, & gratia Dei uilescit, ut quam non pœ

nitus indignis dedit (ſicut Pelagiani docuerũt) à quorum ſenſu, nihil niſi uerbis diſtamus, ſi quidem & nos mæreri gratiã, licet non de cõdigno, prædicamus, quod & ipſi cõceſiſſent, neq; gratiã Dei tam uilem habuiſſent, ut ea digno merito donari dicerent, Idem Eſaias ibidem, omnis caro fœnum & omnis gloria eius quaſi flos fœni, excitatum eſt fœnum & flos cecidit, quia ſpiritus domini ſufflauit in illud, uerbum autem domini manet in æternum. da fœnum & florẽ eius, non'ne caro, homo ſeu liber. arb. & quicquid eſt hominis? flos eius & gloria, non'ne eſt uirtus, ſapientia, iuſtitia, lib. arb. unde poſsit gloriari aliquid eſſe & poſſe, qua ergo ratione fit ut flante ſpiritu exercetur & cadat, & manente uerbo pereat? non'ne ſpiritus eſt gratia, qua tu dixiſti liberum arbitrium iuuari, & eius præparationẽ conſumari, cur ergo hic excicatum & cecidiſſe dicit, quicquid eſt etiam optimum carnis, nõdũ uides ſpiritum, & liber arb. eſſe contraria? ſi quidem illo flante hoc cadit & non manet cum uerbo. Non autem caderet & periret, ſi ad flatum ſpiritus & uerbi aptum & præparatum eſſet. Hiere. quoq;. x. Cap. ſic dicit, ſcio domine quoniam non eſt hoĩs uia eius nec uiri eſt ut dirigat greſſus ſuos, ſi uia ſua & greſſus ſui non ſunt in poteſtate hominis, quomodo uia Dei & greſſus Dei erunt in poteſtate eius? uia enim ho-

minis est ea, quam ipsi uocant naturalem uirtutem faciendi quod in se est. Ecce, hæc nõ est in arbitrio hominis seu liber. arb. quid ergo liberum arbitrium est, nisi res de solo titulo quomõ potest sese ad bonum præparare, quum nec in potestate sua sit suas uias malas facere, nam & mala opera in impiis Deus operatur.

CATHOLICVS.

Respon. 1. Potiora quidem, ac ualidiora expectassem, quũ nec in hac quidem perdifficili re, desint media, quibus propositum tuum, uel ostendere, uel tibi euincere suaderes, at certe te potius suasionum pictorem quam uere rei cuiuspiam scientem, experior, plura siquidem inculcasti, sed friuola satis, & pro tuo cerebro etiam praue (ut ex sequentibus cernes) intellecta, liberum nempe hominẽ à suæ creationis exordio, ueluti cæteris animantibus præstantiorem, à summo omnium opifice conditum esse, pertrita illa Ecclesiastici, sententia constat, qua dicitur, Deus ab initio constituit hominem & reliquit illum in manu consilii sui, adiecit mandata & præcepta, si uolueris mandata conseruare conseruabunt te. apposuit tibi aquam & ignem ad quodcunq; uolueris porriges manum, ante hominem uita & mors, bonum & malum, Quod placuerit ei, dabitur ei, hæc ibi,

Ecclesia. 15. Homo ab initio suæ creationis liberi arbitrij factus est.

Gen. 2.

nam nisi liberam homini arbitrii facultatem, in sui primordio, condonasset Deus, frustra ei, ne quid de uetito fructu degustaret, lex esset posita, nam quæ ineuitabili necessitate euitari nequeunt, nec iure præcipiuntur nec transgressa puniũtur. Rationalis quoq; naturæ, libereq; actiõis, ita homo à Deo conditus est, ut si internam arbitrii auferas facultatem, uoluntatem etiã abiicias necesse est, potentiæ si quidem rationales à natura li Philosopho, ad opposita esse per scribuntur, si itaq; ad unum tantum obsignate fuerint, rationales potentiæ nõ ultra, autumande erũt, erit itaq; arbitrii libertas intellectiuæ humanæq; naturæ essentiale, atq; eo præcipue quoniam ad imaginem similitudinemq; illius effectus fuerit homo, qui uere libertatis fons origoq; existat, planum igitur est hiis hominem, a sui initio, liberũ à summo Deo creatũ esse, Libertate tamen, se à peccato, originali iustitia, præseruandi, non autẽ absq; ulteriori gratia proficiendi, originalem sanè iustitiam Prothoplausto sic ælargitus erat dominus, ut nulla sensus ad rationẽ interiori oppugnantia infestante, cuncta si uoluisset, potuisset crimina facillime euitare, morales etiam adipisci aut exequi posset uirtutes, earumq; oppositis uitiis, ea abiecta, sponte succũbere. Qua etiã cuncta præsentis uitæ opera, quæ aut naturæ bono, aut diabolica fraude prodeunt, libere opera-

9. Met. x.

Qualis prothoplausti libertas.

Aug.14. De ciuitate dei.cap.12

ri ualeret. Vnde Augusti. de ciuitate Dei. Tanto maiori iniustitia ab adam, præceptũ Dei uiolatum est, quanto faciliori posset obseruantia custodiri. Ad supernæ tamen fœlicitatis statum, omnem humanæ naturæ uim excedentem, nequaquam tribuit assequendi (absq; dilectionis gratia) facultatem, cuius certe gratiæ donum, nec primus quidem homo, diuinum, sponte, præteriens præceptum (iuxtam etiam ugonis sentẽtiam) consequutus est, neq; ea tamen. ideo eguisse putandum est, ut illius, nec dum sautiata, uel corrupta natura sanaretur, aut de iniusto uel impio homine, iustus piusq; euaderet, aut quippiã ad bona naturæ opera perfitiẽda, obstans, ea amouẽdum esset. Sed ut bona ipsius prothoplausti natura ad æternam nihilominus animæ uitam, non satis grata, gratia ipsa melior magisq; grata foret, eidẽq; ad æternæ uitæ brauiũ bonis gratiæ fructibus assequendum, pateret aditus.

Hugo lib. 1. Par. 6. cap. 24. Cur primus homo indiguisset gratia iustificãte.

Quid ex peccato primus homo perdiderit.

Dei autem mandato ab eo primo homine iã neglecto, originalis statim iustitia euanuit, uarieq; subinde infirmitates pasiones'ue sub orte, atra mors tãdem subsequuta est. Ast essentiales intellectus rationalisq; appetitus uires, quæ nõ nisi earum, è qua naturaliter essentialiterq; defluunt sublata essentia, conuelli possunt, quum

in ipsius

in ipsius etiam hominis natura reliquum sit ad huc naturale iuditium delectusq; quidã rerum, quæ sensui rationi'ue sub sunt, non sunt pœnitus extinte, sed tantummodo uitiatæ, atq; infectæ, quo fit, ut opera quædam externa, ab homine, na turali rerum iuditio, æmergentia, suis quoquo modo uiribus facere possit, interiores autem ani mi motus, salutares scilicet animi affectus cogi-tatusq;, ex quibus opera æternæ uitæ meritoria, ueluti optimi eorum fructus prodeunt, quos sci licet cordis nostri affectus, spiritalem etiam nũ cupamus iustitiam, diuina semper gratia assisten te, quopiam arbitrii assensu uel dissensu acceden te, efficere poterit, liberum itaq; hominem, pri-mo etiam iam perpetrato crimine, quibusq; ta-men illius obliquatis uirtutibus, remansisse, fatẽ dũ est. Quod ex diuinis quoq; litteris apertissi-mum est. Quũ enim ut Genes. scribitur, Chaim esset uehementer iratus cõcidissetq; uultus eius quoniam illius munera à domino despecta erãt, eidem diuinitus responsum est, quare iratus es, & cur concidit facies tua? non'ne si bene egeris recipies? si autem male statim in foribus, pecca-tum tuũ aderit, sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, & Deutero, Moysem dei iussu, populo dixisse, considera quod hodiæ pro posuerim in cospectu tuo uitam, & bonum, & e-contrario mortem, & malum, ut diligas dominũ

Liberum uoluntatis arb. post lapsum remansit sed infirmum.

Gen. 4.

Deuto. 30.

deum tuum, & ambules in uiis eius, & custodias mandata illius, & infra ait, testes inuoco, hodiæ cælum & terram, quod proposuerim uobis uitã & bonum, benedictionem & maledictionem, elige ergo uitam, & tu uiuas & semen tuum.

Quomodo Electio sit lib. arbit. *Eadem animæ potentia est uoluntas & lib. arbit.*

Eligere autem ad liber. spectat arbitr. quum etenim non alia sit essentialiter animæ nostræ uirtus, uel (ut theologi uocant) potentia, liber. arb. à uoluntate, eadem ipsa animæ nostræ potẽtia quatenus in finem necessario tendit, nec sic libera esse dicitur, uoluntas nuncupatur, prout uero ad ea quæ ad finem sunt, se per electionem extendit, liberum arbitriũ appellatur. Quum itaq; electio, non sit finis, sed eorum quæ ad finem diriguntur, iuxta illud philosophi æthicorum, uoluntas est finis, electio eorum quæ sunt ad finẽ, liberi utiq; arb. erit electio, idem prouerbiorũ primo, uocaui & renuistis, extendi manũ meam & non fuit qui aspiceret, & despexistis omne consilium meum, hic quidem, non conquereretur deus, si illius uocationem, atq; consilium coacti sperneremus, sed etiam Esaias inquit, uocaui & non erat qui responderet, loquutus sum & nõ audierunt, si enim non respondere aut non audire arguimur, nostræ quidem facultatis erit respõdere atq; audire. Etiã Hiere. eligent magis mortem q̃ uitam omnes qui residui fuerint ex hac cognatiõe pessima. Vnde, & psalmographus ca

Ari. 3. Ethicor.

prouerbio. 1.

Esa. 66.

Hiere. 8.

nit, uoluntari esacrificabo tibi. Et Psal. anima mea in manibus meis semper. Et paratũ cor me um deus paratum cor meũ. Et Paulus Ro. an ne scitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obe-diendum, serui eius estis cui obedistis, se autem sponte seruum reddere quomodo poterit quispi am, sine libero arbitrio? Et Heb. uolũtarie enim (inquit) peccantibus nobis, post acceptam noti-tiam ueritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Et Par. dominus per Azariam ad Asa, & Iudam si quesieritis eum inuenietis, si autem de-relinqueritis eum, derelinquet uos. Et dominus Matth. Hierusalem, quotiens uolui congrega-re filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti. Et si uis ad uitã ingredi serua mandata, ecce q̃ aperte, arbi. liberũ testetur dominus, si uis (inquit) in nostra nempe uoluntate situm esse significat. Hæc nimirum ar bitr. nostri libertas à Ioanne etiam exprimitur, quum primo cap. ait, dedit eis potestatem filios dei fieri, habent itaq; credẽtes ex fide, filios dei fieri facultatẽ. Vnde, Hila. de Tri. filios dei fie ri non necessitatis esse dicit, sed uoluntatis, nec per naturam gignentium affertur ea filiatio, sed uoluntas præmium consequitur. Aug. etiam ho me. 93. sup Ioã. Ne omnino existimemus in no stra potestate non esse quod credimus, uerumta men in utroq; illius benefitia agnoscamus, nam

Psal. 50.
Psal. 118.
Psal. 107.
Paul. Rom. 6.
Hebr. 10.
2. Para. 15.
Math. 23. & 19.
Ioan. 1.
Hilar. de Tri.
Aug. super Io.

& agendæ ſunt gratiæ, quia data eſt poteſtas, & orandum ne ſuccumbat infirmitas. Vnde idem pſalmo. 26. ſuper id, adiutor meus eſto, ne dereliquas me, ſi dicis adiutor meus es, aliq̃d agis, nam ſi nihil agit quomodo ille adiuuat? Idem de ciu. dei cap. x. ſunt noſtre uolũtates in nobis, & ipſe faciunt quicquid uolendo facimus ſiue bonum ſiue malum, Inde & Hiero. contra Iouinianum, liberi arb. nos condidit deus, nec ad uitia nec ad uirtutes de neceſſitate trahimur, alioquin ubi neceſſitas ibi nec corona. Et Ariſt. paganus. 3. de anima, uoluntatem aſſerit eſſe appetitum deliberatiuum, quia per electionem deliberat hoc eſſe proſequendum illud uero fugiendum, Idem. 5. æthicorum cap. 7. iuſtum operari omne uolũtariũ eſt, Et. 3. libro cap. 3. Virtus uoluntarium eſt, nihilominus, & malitia uoluntarium eſt. Nimium quidẽ prolixũ foret, omnes utriuſq; teſtamenti patrumq; ſententias afferre, quum cuncta pœne ſacra eloquia hac ſint ueritate referta, unde tuam in hoc hæreſim ualde certe admiror, utpote, qui te diuinarum litterarum exercitio conſumatũ oſtentas. Nam ut & ratione quoq; uincaris: ſi cuncta nobis ex neceſſitate contingerent, cur quiſpiam ob malæ acta obiurgandus, monendus, plectenduſq; foret? Neque enim ut Hier. ait, in peccatores æquũ iuditium & in ſanctos, aut iuſtos iuſtum præmiũ retribue

Aug. 5. de ciuitate Dei.

Hieron. contra Ioui.

Ariſt. 3. de ani.

Ariſt. 5. Ethi. & 3. Ethi.

Ratione probatur

Hier. Ad amaſ.

retur, quibus quidem sublatis (ut Augustinus inquit) christiana lex & disciplina omnis religionis auferatur necesse est, hæc enim omnia libertatem exigunt, qua sublata cassantur, opusq; esset flagitia omnia in Deũ optimum retorquere. Nec uirtus locum haberet, nec à brutis animantibus prope distaremus. ut quid enim consilia, preces, iura legesq; forent? Horum autem oppositũ cernimus, atq; in nobis ipsis experimur, ut pote consilia, electiones deliberationes'ue fieri, quæ utiq; omnia arbitrii libertatem contestantur. Libertatem in quam, non qua ab omni prorsus mũdi huius miseria uel corruptione immunes reddamur, cuius sane meminit Apost. Ro. ipsa (inquiẽs) creatura liberabit à seruitute corruptionis in libertatem filiorum dei, hanc etenim solum beata iam requie perfruẽtes obtinuisse creduntur. Sed eam arguunt, arbitrii libertatem qua & ante primi hominis lapsum & post, à coactionis ui pœnitus semotũ extitit, atq; ad opposita suapte natura se extendere potuit, uel etiã eam liberam uoluntatis facultatem promunt, qua de lætali animæ nostræ uulnere, sancti spiritus gratia, eripimur, quæ & libertas spiritus dici potest iuxta id Pau. 2. cor. ubi spiritus dñi ibi & libertas. Nõ itaq; solius ficti tituli res erit liberũ hominis arbitrium. Verum illius antea integre animæ uirtutes, adeo post perpetratam culpã, ui

Apost. Rom. 8.

Triplex arbi. libertas.

2. Cor. 3.

tiate corruptequ sunt, ut & ipm quoque uolũtatis arbitrium, claudum satis atque inhabile, absque iustificãtis gratiæ adminiculo, ad bonum, relictum sit. Id quidem, & in pluribus experimento discimus quæ utiliter etiam implere peroptamus. Cum plenus desiderii ardor ac perfecta uoluntas minimæ absit, quæuis nostra intercedẽs fragilitas uota dirimit præconcepta, nec propositi expletur effectus, nisi & perficiendi uirtus nobis fuerit diuina miseratiõe elargita. Nec quod ex libero arbitrio nostro, possumus nobis sat esse perspicuum est, nisi quæ nobis possibilia sunt, peragẽdi opportunitas à domino tribuatur. Vnde Apostolus. 1. Thesa. Voluimus inquit uenire ad uos semel, & iterum & impediuit nos Sathanas.

Aposto. 1. Thesal. 2.

VErumenim uero, Vt quæ dicuntur amplius elucescant, diligẽter intuendũ est. Quoniam quum omnium parens deus (teste Augustino super genesi) suæ non dimiserit opera sapiẽtiæ, sed sic assiduæ operetur, ut ne dum rerum inferiorũ, sed nec angelorum quidem natura, absque ipso subsistat, non modo naturarum conditor erit, uerũ etiam earum præseruator operatorque existet, cuius quidem actionæ semota naturæ quoque actio extīcta foret. Cũcta itaque opera nostra naturãque operabitur dominus. At quum hæc omnia cor-

Aug. 9. super Gene.

Deus omnem rerum cõditor præseruator, totius naturæ operator existit.

porea ac inferiora agẽtia in cælestia corpora (teste philosopho) ueluti eorum organa, reducenda sint, in deum, magis, tamq̃ in totius naturæ artificiosum supr mumq; opificem motoremq;, cũcta alia agentia reducemus, communi itaq; illius opæ in uniuersis cum naturalibus tum gratuitis nostris conatibus, cõtinuo indigebimus. Verum quum non modo gratuitis (ex peccato) expoliatus sit homo: sed etiam in naturalibus grauiter uulneratus, atq; ad ipsa bona naturæ opera ualde inhabilis reditus, quum intellectus cæcitatem affectusq; difficultatem incurrerit, falsaq; pro ueris, ac mala pro bonis sæpe cõprobet, teste Aug. De liber. arb. dicente, sunt, reuera, omni peccanti animæ duo ista penalia, ingnorãtia, & difficultas, ex ignorantia, dehonestat error, ex difficultatæ, cruciatus affligit, subditq;, quod approbare falsa pro ueris, ut exiret inuitus, & non posse se à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pena damnati. Idcirco præter eiusmodi uniuersalæ supremi naturæ motoris, auxilium, illius etiam pecculiari gratia ægemus, qua uitiata corruptaq; natura nostra, diuina gratia tandem subleuata, ad explenda naturæ opera facilius assurgat, quæ sane difficilius absq; gratia ac imperfecte perficere potuisset.

2. de genera

Communi Dei opæ semper Egemus

August. 3. de lib. arbit.

Pecculiari etiam Dei gratia in e: equendis naturæ operibus indigemus.

SI Itaq; infirmam satis, ulceratamq; ex ade præuaricatione, naturam, recte semper rationi infestam, patientes, aliamq; in membris nostris legem ei quæ nostræ mentis est sentientes aduersam, naturalia opera, institutæ naturæ uires non transcendentia, absq; spetiali Dei gratia, plenæ explere non possumus, quanto minus, beatificum animæ nostræ bonum, imbecilles corruptæ naturæ uires improportionabiliter excedēs, solis arbitrii nostri uiribus adipisci uel promereri poterimus. Quinimmo & usq; adeo inualidū, atq; infirmum est huiusmodi nostræ uoluntatis arbitrium, ut ad operātis etiam gratiæ susceptionem, nō nisi diuina quapiam motionæ impulsione'ue præuia, bonis scilicet cōpūctionibus cogitationibusq; ab optimo Deo nobis īmissis, uelut materia ad formā, se ꝑparare queat, hac itaq; præueniente gratia, & non sola natura ad subsequentem gratiam, libera se poterit uoluntas disponere. Nostri utiq; postmodū, arbitrii erit, diuinis his uocationibus, uel assentire, uel dissentire. Eo uero assentiente, operās à Deo nobis gratia condonatur, quæ certe, dum spiritali animæ languori medetur, eamq; sanctificat, iure sibi operātis gratiæ nomen uendicat. Dum autem animæ uires ad externa quoq; opera concitat, cooperantis gratiæ nomen sortitur, qua si quidem gratia liberum nostræ uoluntatis subinde coagit arbitrium,

Ex sola natura ad gratiam præparari non possumus.

Gratia operans Et cooperans.

Liberum arbi. ad:in: coagit.

triũ, atq; ad meritoria uitæ, opera actiuæ se ẽt ex tendit. Adiuuat igitur diuina gratia. ac perficit liberum arbitriũ nostrũ, dum ægrum sanat, torpentem excitat, infirmum roborat, claudum sustentat, uitæq; opera una cũ eo, libere non coacte perficit, libertatẽ itaq; potius ex diuina gratia ampliorẽ sumpsisse uolũtatis arbitrium q̃ perdidisse dicimus, nam sicuti ex aduentu formæ naturaliũ materia perficitur, ita & arbitrii nostri libertas Dei gratia actuat᷑. Hãc autẽ præuenientem subsequẽtẽq; grãm, cecinit Psalmographus. Dum dixit, & misericordia eius præueniet me, & misericordia tua subsequatur me. Nec quidem nostro emergunt aliqua bona merita conatu, nisi diuina prius nos misericordia uocando excitãdoq; præuenerit, unde Paulus. 2. Cor. nõ sumus sufficientes cogitare aliquid á nobis quasi ex nobis, ex hiis autem iam satis constare poterit, liberũ nostræ uolũtatis arbitriũ, dũ quod in se est efficit, nec mortaliter Deũ, nec uenialiter offendere. Nã quũ ad ea quæ ad salutẽ nostram attinent non nisi præuia Dei uocatione, sua eidem, sponte assentiendo, moueatur, Suosq; sic experiatur conatus, si diuinam hanc uocationem, præuenientemq; gratiam insequens delinqueret, ad delicta quippe nos Dei uocatio, misericordiaq; concitaret, quæ certe omniũ auribus horrenda sunt.

Libe. arbi.
Actiue concurrit ad opus bonum.
Gratia & arbi. compositio.

Psal. 58. & . 22.
2. cor. 3.

HIS itaq; sic deductis iam arbitrii nostri infirmitas uirtus quoq; satis pcipi potest, curq; illius, nunc impotentiam, nunc uero diuina, demonstrat scriptura facultatẽ, illius quidem, inualitudinẽ tunc ex diuinis litteris accipimus, quũ Deo, gratiæ ratione, uere cũcta nostra opera ex ea ascribi uidẽtur, ueluti illud Ezechi. Dabo eis cor nouum, & spiritũ nouũ tribuã in uisceribus eorum: & auferam cor lapideũ de carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent & iuditia mea custodiant. Et Hier. (quem etiam tu citasti) non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. Ecce in quam sit sentẽtiam hic propheta loquutus, arbitrii, nempe, nostri absq; gratia, infirmitatem, non coactionem ostendens, sed hoc infra apertius exponetur. Dauid quoq;, idem psalmo, perfice gressus meos in semitis tuis. Et cor mundum crea in me deus. Et lauabis me & super niuẽ dealbabor, Et qui docet hominẽ scientiã. Et dominus illuminat cecos. Et pone domine custodiã ori meo & hostium circunstantiæ labiis meis. In hanc quoq; sententiam Paulus, Ro. dixit non est uolentis neq; currentis, sed miserentis dei. Et Phi. deus est qui operatur in uobis uelle & perficere pro bona uolũtate. Et Ephe. & hoc nõ ex uobis sed dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Et Ro. qui spiritu dei aguntur hii filii dei

Li. ar. imbecillitas.
Eze. ij.
Hiere. x.
Psal. 16.
50.
93.
115.
140.
Pau. Ro. 9.
Phi. 2.
Ephe. 2.
Ro. 8.
Ioan. 3.
15.

sunt. Et saluator noster, Ioan. nemo potest ue- Ioan. 3.
nire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum,
Et sine me (inquit) nihil potestis facere. Quæ
nimirum omnia solis arbitrii uiribus compen-
satis, omni præuenientis subsequentisq; gratiæ
semoto sufragio, uerificanda sunt, hac etenim;
è, nobis ablata gratia nil quidem amplius no-
stri meriti reliquum esse poterit, quinimmo &
uolũtatis arbitrium ad malum, ex se potius per-
agendum q̃ ad eligendum bonum pronum esse
fatemur. Non igitur pelagianorum heresim imi-
tamur, sed ex his eam amplius cõfundimus, quũ
diuini, re uera, muneris, non autem arbitrii nostri
uirium, merita nostra principalius esse ponãtur,
quæ uel inchoare uel perficere nequaquam, dei
gratia desinente ualemus.

Ast eiusdem etiam liberi arbitrii ex gratiã ui- Li. arbi. uirtus.
res, præterea quæ iam superius adducta, liberum
esse hominem arguebant, plures quoq; diuinæ
scripturæ sententiæ attestantur. Nam prouer. di- Prouer. 4.
citur omni custodia serua cor tuum. Et psal. Psal. 118.
Dauid, inclinaui cor meum ad faciendas iustifi-
cationes tuas. Et prohibe linguam tuã à malo,
& labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo
& fac bonum, inquire pacem. Esa. etiam ait, do- 33. Esa. 25.
minus, solue uincula colli tui captiua filia Syon

Ezechi. 18. Hier. 4. Zacha. 1. Ezech. itẽ facite uobis cor nouum, & spiritum nouum, & Hiere. laua à malitia cor tuum Hierusalẽ ut salua fias. Et Zacha. cõuertimini ad me ait dominus exercituum, & ego conuertar ad uos. Pau. 1. cor. 9. Phi. 2. Matth. 11. Et primo cor. sic currite ut compræhendatis. Et phi. cum metu & tremore uestram salutem operamini. Et Matth. uenite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiã uos. Pluraq; tum, ueteris, tum etiam noui testamenti consimilia dicta sunt, liberi arb. ex suscepta gratia, rectæ agendi facultatem exprimentia, quæ nihilominus prioribus scripturis minime sunt aduersa, neq; sane indiscrete permixta, sed diuina sunt dispositione discretissime ordinata, ut & diuinæ opitulationis necessitas & arbitrii nostri libertas apertissime dignoscatur.

Quod iustus in bono opere non peccat. Ex prædictis autem iam luculẽter euinci poterit iustum bene agendo non peccare. Quum enim liberum iusti uiri arbitr. (ut supra dictum est) nõ nisi diuina prius uocatione excitatus, uelutq; gratificãtis gratiæ organum, in bonum uel meritorium opus exire ualeat. Si quidem huiuscemodi opus mortale crimen existeret, diuinæ tunc uocationis gratiæq; cælestis, effectus, & per se quidem intentus, peccatum foret, unde & deus ipse quoniam elargitæ gratiæ suæ semper fru-

ctus exquirit, primo & p se peccatũ uellet, nosq; iustificãte gratia magis, magisq; rebelles in dies deo redderemur, quod & ab sonum & impossibi le omnino esse censetur. Nam quum diuina gra/ tia, peccatoris auferat ignorãtiam, offensam tol lat, auersum cõuertat. Peccatum uero horum om nium oppositum inducat, à diuina gratia pecca/ tum originari minime potest. At si iustum ideo in bono opere peccare astruas, quoniam à boni operis perfectione deficiat, tunc etiã & cæli mẽ/ tes cælumq; ipsum, totamq; deniq; a deo con/ ditam naturam, quum à supræmo ente, infinito perfectionis tramitæ distet, peccata esse, te dice/ re oportebit. Quod certe nimiũ ridiculosum fo ret, neq; enim tantummodo iusti operantis effe ctum, summus omniũ opiphex intuetur, sed ani/ mi potius affectum, quo exterioris operis imper fectio suppleri queat, uiresq; compensat. Id itaq; Esaie, nil nobis obstat, quũ ait facti sumus imũ di omnes nos, & quasi pannus mẽstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Persæpe namq; contingit pecca/ tores, non adhuc peccandi intentione reiecta, iu storum similitudinem præferentia opera, exequi (ut pote) orare, ieiunare, elemosinas contribue/ re, &c. Quæ eorũ iustitiæ, falso, appellari consue uerunt, quum tamen uera iustorum opera mini/ me existant, Sed fictæ tantum atq; apparentes iustitiæ autumandæ sint, iusta id Esaie, populus

Esaie. 64.

Esaie. 29.

Esa.29. iste labiis suis glorificat me, cor autẽ eius longe est à me. Hæc igitur ille sunt nostræ iustitiæ, de quibus in peccantium persona, Esaias ibidem ꝓ
Esaias.64. loquitur, quod sane persequentia constat (dum ait) Et cecidimus quasi foliũ uniuersi, & (infra) nõ est qui inuocet nomẽ tuũ. Nõ tamen iustum quemlibet, quãdoq; aberrare, abnegare intendimus, quoniam si dixerimus (ut Ioan. inquit)
1.Ioan.1. quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus & ueritas in nobis nõ est. Hoc nempe id Eccle.
Ecclesi.7. dicere intendit, non est homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet, idest, & prorsus sit absq; peccato, non autem quod benefaciendo offendat. Sic etiam canebat psalmographus, dicẽs
Psal.142. non intres in iuditium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quod ideo uerũ est, quoniam nemo dum mortali hoc corpore premitur, tã iustus esse potest, ut omni pœnitus peccato carere queat. Neq; adeo etiam iusta perfectaq; sunt nostra merita, ut coram tremẽdo iudice, absq; illius misericordia, iustificare nos ualeãt, nec tamẽ uelut peccata iustificationem nostram præpediunt, sed iudicem deum ad nostri ueniã flectendo, prosunt. Boni autem operis fructus abhomine, iustificante gratia, iam instaurato, & non quatenus malus est, uel gratia destitutus est, effluunt, isq; tantummodo defectus peccatum autumandus est, quo deo re

licto, ad commutabile bonum conuertimur, sicq; dei iuditio animæ mortem incurrimus, quæ quidem ab operibus iustis ualde aliena sunt. Nec tibi Grego. aut Augustinus opitulatur, quum illi aut deo optimo iustitias nostras conferant, aut dei misericordia semota loquuti sint. Népe quũ super Iob Gregorius ait, quia omne meritũ uirtutis nostræ uitium esse conspicit, recte subiunxit, & seipsum exposuit dicẽs, si interno arbitrio districte iudicetur, quod tũc utiq; foret, quũ diuina seclusa gratia, ut è nostra tantum emanat uoluntate pensaretur, quod nec certe meritum, nec uere bonum opus nuncupandum esset. Augustini ét dictum seipsum illustrat, nam si semota (inquit) misericordia, iudicetur, neq; enim nisi dei misericordia præueniente subsequenteq; (ut iam diximus) quodpiam meritum efficere ualemus. Ab omni itaq; ueritate ualde alienũ est, iustum in omni opere bono, ut asseruisti, peccare.

Gregorius super Iob. 9.

Aug. 9. confe.

Artic. 31.

Sed iam ad reliquas obiectiones tuas dissoluẽdas accingamur, quæ certe, si quæ prædiximus recto mentis intuitu posses conspicere, protinus corruere intelligeres, iamq; facillime te ualde errasse perspiceres, quum nos putares hominis arbitrium usq; adeo imprudenter extollere, ut nulla supremi opificis gratia, seu uocatione præuia

existente, seipsum, uel ad iustificantis gratiæ sumptionem posse disponere, uel eandem etiam recipere, aut ea ipsa operari ualeret. Quorũ quidẽ oppositum iam explicauimus, diuinam sane uocationem seu impulsionem, qua salutares nobis deus cogitatus immittit, fidemq; qua & uocanti deo credimus, & libero uoluntatis arbitrio eidẽ assentimus, gratificantis gratiæ infusionem præcedere disseruimus. Hiisq; ostẽdimus ad suscipiendam dei gratiam quemlibet præparari oportere, quæ non è natura sola uel ex prudẽtia carnis nascuntur, sed gratis nobis à diuino spiritu elargiri descripsimus. Ideoq; Augustinus de spiritu & litera, liberum (dixit) arbitrium sine gratia tãtummodo ad peccandum ualere, quoniam præuia semper dei gratiæ dispositione, ad bonum indiget, ad peccandum uero nullo ulteriori dei adhibito auxilio, seipso ualet, non autem quia & assistẽte gratia, bene agere, libere nequeat. Potius quoq; liberum designat Christus arbitrium Ioan. q̃ extinguat, nam si quidem absolute, sic dicere, nihil potestis facere, aliqua fortassis de nostri arbitrii uiribus, exinde suboriri potuisset ambiguitas, at non sic dixit, sed addidit, sine me, id est absq; auxilio meo, nihil potestis facere. Quo patenter insinuat, nos una cum ipso, bona libere posse peragere, sine quo nil æternæ uitæ meritorium explere ualemus. Naturæ autẽ, uim minime

Augu. de spiritu & li. cap. 4.

Ioan. 15.

excedentia

excedentia, ex nobis ipsis, difficile tamē, atq; im perfecte (ut prædictum est) perficere possumus, eisq; etiam pro diuinæ gratiæ susceptione, nos ali quatenus, imperfectæ tamen semper, remotæq;, præparare. Quum enim naturam, gratia præsup ponat, gratiæ pariter esse, naturæ esse præmittet, cuius quoq; actio iure, meritū antecedet. Quod si natura gratiæ dicas opposit am, quum caro spi ritui semp sit aduersa, magisq; diuinæ gratiæ re pugnet, q̄ nos ad eam, ullo pacto disponat. Dici mus, quoniam quæ à natura, ueluti à conditore suo bona, creata, est effluunt (& si re uera) spirita lia aut meritoria esse minime possint, spiritui ta men infesta, nō usq; adeo sunt, ut naturales quasi dam indispositiones, gratiæ scilicet aduentum præpedientes, auferre non possint, nam quandā cuilibet ueri cognitionem, boniq; dilectionem naturaliter insertam esse dicimus. Supreme naq; nostræ mentis portioni diuinum quodam lumē a Deo optimo deriuatum, signatum, atq; impres sum est, in quo agibilium principia, quibus & bo na pspicimus, atq; ad ea incitamur, cognita sunt. Prout & psalmographus cecinit. Signatum est super nos lumē uultus tui domine, in quo suple, lumine, ostendit nobis quæ sunt bona. Quo certe naturali lumine, gens quoq; legem aliquā nō habentes, quæ legis sunt naturaliter faciunt. Huius itaq; nobis, naturaliter inditi luminis du

Naturalis ad gra liam pro paratio.

Obiectio respōsio.

Ex egi. 2. sente di. 28.

Psal. 4.

Pau. Ro. 2.

Actu x. ctu, quo naturalia quædam bona, ad gratiæ susce
ptionem, proficua, tanq̃ Cornelius ille centurio,
insequi possumus, naturaliter nos, sed insufficiẽ
ter, ac ualde remotæ (ut sæpe diximus) ad gratiã
præparamus. Diuina uero postmodum uocatio-
ne, qua ad cordis ostium Christus, bonas nobis
cogitationes inserẽdo pulsat, eidem ex arbitrio
(ut iam diximus) assentiendo, ad gratiam iam
propius accedimus, quam deniq; diuina bonita
tæ, obtinemus. At si iternæ huic diuiæ uocatio
ni locutioniq;, reluctabimur, quidq; in nobis lo
quatur deus, audire neglexerimus, tum id nobis
utiq; contingeret, quod in eodem euangelista
Ioan. 15. Christus subsequitur dicens. Si quis in me non
manserit, fide scilicet ac charitate, mittetur foras
sicut palmes, à stipite, supple, excisus, & arescet, si
uidelicet excisus remanens, Christi salutaris gra
tiæ stipitis, spiritalem uegetationem, non sense-
rit, boni operis fructu, ieiunus erit. Arbitrii igi-
tur nostri, ex gratiæ absentia, infirmitas, his chri
sti uerbis, non autem totalis eius abolitio, in-
telligitur. Magisq;, tres cõsequentes pœne, quas
ex Ioannis litera (tuo etiam modo interpretrã-
do) conaris elicere, liberum hominis arguunt ar
bitrium q̃ resecẽt. Nam si excisum palmitẽ, ideo
ad iuditium colligent, in ingnemq; transmittent
& ardet, quoniam ad mortem usq;, à Christo ma-
net excisus, quum certe, non nisi à uitæ fonte se-

cedens, reprobandus sit. Id quippe ea ratione cõ
tinget, quoniam liberum habẽs ad Christum re-
uertendi arbitrium, sua sponte, neglexit. Neq;
enim ex sola diuinæ gratiæ carẽtia, quæ cuilibet
semper presto est, aut ui aliqua, compulsus, à chri
sto extitit anathema, ac perdurauit, (sed ex
prauitate uoluntatis suæ) unde iure plectendus
sit. Nisi itaq; liberi fuisset arbitrii, hæc sibi repro
batio minime accidere posset. Ex corruptæ quip
pe etiam naturæ nostræ uitio, prauoq; ac inscru-
tabili hominis corde, est, ut à Christo sponte se-
paremur. Hæc quidem, (non autem reliqua con-
dite naturæ bona) sunt spiritui prorsus, ac rectæ
rationi, opposita, gratiæq; potius impedimento
q̃ disponẽtia, existunt. Cui etiam diuinæ gratiæ
obstat, sensus nostri natura, ad contraria nos assi
duæ protrahens. Hinc genesis scriptum est, sen-
sus & cũcta cogitatio cordis humani ad malum
prona sunt omni tempore. Dei uidelicet gratia
exclusa quoniam originaliter, corruptæ naturæ,
malum, sensumq; ac uoluptatem insequimur, cu-
iusmodi illius temporis homines (de quibus
Moyses loquitur) extitere. Huiusmodi tamen
sensus, uitiateq; naturæ ui, non usq; adeo præmi-
mur, quin ex naturaliter, nobis inserto rationis
lumine aliquantulum ei resistere, diuinaq; demũ
aduentante gratia, illius pugnam euincere ualea
mus. Vnde nec cunctos humani cordis cogita-

Quõ natura gratiæ sit aduersa.

Genesis. 6. & 8.

tus malos, dixit Moyses, sed ad malum, tantum modo intentos affirmat, actumq; pro ipsius ani- mæ uirtute sumpsit. Cor sane nostrum non auté cogitatio, si proprie loqui uolumus, quum à gra tia destitutum est, ad malum, ex se potius pronũ est q̃ ad bonum. Quamuis etiam non ita. 8. cap. textus iaceat, sed ĩ definite tantũ & nõ uniuersa- liter ita dixerit dominus. Sensus enim & cogi- tatio humani cordis in malum prona sunt. Verũ quum ex genesis. 6. etiam dictum affers, scilicet nõ permanebit spiritus meus in homine quia ca- ro est, non recte, scripturæ huius textũ, adducis. In hebræo namq; (iuxta Hiero.) textus ita iacet nõ iudicabit spiritus meus homines istos in sem piternum, quia caro sunt, quia scilicet fragilis est hominis conditio, æternis eos non perdam cru- ciatibus, sed hic eos condignis puniam castiga- tionibus. Si tamen etiã uerbum hoc, scilicet, per manebit, textus redderet, atq; nõ de furoris, sed gratiæ placationisue spiritu, exponendum foret, nil inde tamen tuo prodesset instituto. Nã quã diu homines sumus uariis temptationum gene- ribus, ex corrupta primorum massa obnoxii, ne forte, nobis nimium fidentes, extollamur, deus nos, quandoq; earum infestationum pugne suc- cumbere, atq; euinci permittit, sicq; dum praui fomitis pugna deuincimur, gratiæ spiritus à no- bis separatur. Nam & proborum animas, sancti

Quõ dei spũs ẽt bonos quãdoq; re linquit.

ſpiritus feruore aliquantiſper deſeri, docuit Au-guſtinus in eo tractatu, qui dicitur ſcala cœli, ubi ſic inquit. Venit ad conſolationem, recedit ad cautelam, ne magnitudo conſolationis extol lat te, ne ſi ſemper apud te ſit ſponſus, incipias cõ tempnere ſodalem, & hanc continuam uiſitatio-nem non iam gratiæ attribuas ſed naturæ. Et Paulo poſt ait. Recedit ergo ne forte nimis aſ-ſiduus cõtemnatur, & abſens magis deſideretur, deſideratus auidius queratur, diu quæſitus tan-dem gratius inueniatur. Et infra. Venit ſponſus & recedit uiciſſim, nunc conſolationem afferens nunc uniuerſum ſtatum noſtrum in infirmitate commutans, hæc ille. Cui conforme eſt id ſalua-toris, Ioan. uado & uenio ad uos. Planum eſt igi tur quoniam caro ſumus, ideſt, carnis ſæpius uo-luptatibus dediti, ueluti etiam illius temporis homines, pro quibus illa dei uerba ſunt ſcripta. Idcirco nos dei ſpiritus perſæpe deſerit, à, per-fectioribus tamen rarius abſedit. Duplicem ſane ultioné, innuit, Eſai. quem citas, à, Babiloniis ſci licet, & Romanis, & non, ut ais, gratiam, pro ſuis Hieruſalẽ de manu domini, ſuſcepiſſe peccatis. At ſi pro noxis gratia, ut male credis, impende-retur, tum quidem non modo ipſa ſed, & diuina iuſtitia prorſus uileſceret, nam & ſi indignis gra tia, quum cæleſtibus donis nequaquam digni ſi-mus, gratis quidem tribuatur, cauſam attamen

Augu. in lib. ſcala cœli.

Ioan. 14.

Esai. 40.

Gratiã nullatenus meremur, nec pro peccatis donatur.

obtinendi eam, peccata existere, hæresim arbitramur, si quidem bonis meritis gratiam ipsam mereri non possumus, quomodo eam flagitiis adipisci ualebimus? Quum etenim à deo lætalibus auertamur noxis, iustificante uero gratia conuertamur, si pro sceleribus gratia condonatur, dum à Deo auertimur, eo ipso, conuerteremur. Tibi quidem utiq; dabimus, Deum nobiscum potius misericorditer q̃ iusta seueritate agere. Ast, eum nobis gratiam pro nostris exhibere delictis, fidelium certe aures exhorrescunt, iustitia enim dei, qua bonis premia, malis cõdignas pœnas distribuit, manet, ut, psalmo, canitur, in seculum seculi, q; si malis præmia, & bonis pœna daretur, sic non iustitia sed stultitia magis nuncupanda esset. Quod autem ibidem, Esaias protulerit, omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos feni, hominis quippe fragililatem, instabilitatẽ, corruptibilitatem, breuitatemq;, non autem ipsius arbitrii in potẽtiam uel coactionem, intẽdit. Valde quidẽ fragilis ac corruptibilis caro, quæ mortis spiritu confestim flante statim decidit ac exicatur. Gratiam quoq; affirmat Hiere. & non adimit arbitrium, quum uiam hominis (absq; dei auxilio) in illius potestate non esse, uoluit, neq; illius esse dixerit ut dirigat gressus suos. Hinc etiam canebat Dauid. Dirige in conspectu tuo uiam meã. Et perfice gressus meos in semitis tuis.

Psal.

Esai. 40.

Luthe. expositio mere figmentũ errat, ex suo cerebro.

Hiere. x.

Psal. 5.
Psal. 16.

Quæ nimirum arbitrii ex gratiæ absentia imbe- cilitatem non autem necessitatem demonstrant. Babilonios hic etiam. Hiere. non ex se uenien- tes, sed à Deo, ad iudæorum ulciscenda peccata missos enuntiat, quod & si ad diuinæ gratiæ exi gentiam trahi possit, ut diximus, iuxta tamen hi storiam quæ ibidem innuitur aliud à nostro pro posito intenditur.

HAERETICVS.

Prouerbiorum. 16. dicit, omnia propter semetip sum operatus est dominus, etiam impium ad di- em malũ. Et Ro. primo, tradidit illos dominus in reprobum sensum ut faciant quæ non conue- niunt, &. xi. quem uult indurat, & cuius uult mi- seretur, sicut, & Exo. 6. de Pharaone dixit ĩ hoc ipsum excitaui te ut ostendam uirtutem meam in te, ideo enim est terribilis Deus, in iuditiis & operibus suis, sic rursus pro. 16. Hominis est præ parare cor, domini autem est gubernare linguã, hoc est, homo solet multa proponere, quum ta- men a deo non sint in manu eius opera eius, ut nec uerba in hoc ipsum habeat in potestate sua, coactus mirabili dei prouidentia & loqui & fa- cere aliter q̃ cogitauit. Sicut in Balaam monstra tum est Num. 24. & psal. 124. Non est sermo in lingua mea. Et clarius infra prouer. 16. cor homi

nis cogitat uiam suam, & dominus dirigit gres/
sus suos, ecce non sicut homo cogitat, uia eius ꝓ
cedit, sed sicut dominus ordinat, ideo & .21. di/
cit, sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in ma/
nu domini, quocunqꝫ uoluerit inclinabit illud.
Vbi ergo est libe. arbitrium? figmentum est pœ
nitus. Atqꝫ si scriptura non doceret hæc, abũde
ex omnibus historiis hãc ueritatem disceremus,
& unusquisqꝫ ex uita sua propria, quis enim est,
qui omnia quæ uoluit effecit? imo quis id quod
cogitauit facere, non sæpius alia statim cogita/
tione mutauit? nesciens qumodo mutarit? Quis
audet negare se etiam in malis operibus sæpius
coactum aliud facere q̃ cogitauit. Adeo non est
homo ĩ manu sua etiam mala operãs, & cogitãs.
Et uere Pau. Eph. primo, dixit, Dominus opera
tur omnia in omnibus, periit itaqꝫ hic etiam ge/
neralis illa influentia, qua garriunt esse in pote/
state nostra, naturales operationes operari, secus
rem habere, monstrat experiẽtia omnium. Et ui
de nos insensatos ipsam radicem operum, nem/
pe, uitam ipsam quæ caput est omnium operum,
scimus omnes, nullo momento esse in manu no/
stra, & audemus dicere aliquam cogitationem
esse in manu nostra? quid absurdius dici potest?
Qui ergo uitam nostram in manu sua retinuit,
motus nostros & opera in manu nostra posuit?
absit. Vnde non est dubium Sathana Magistro,

in ecclesiam

in Ecclesiam uenisse hoc nomen liber. Arbi. ad seducendos homines à uia Dei, in uias suas proprias. Fratres Ioseph omnes cogitauerunt eum occidere. Et ecce ipsa cogitatio, adeo non erat in eorum arbitrio, ut etiam in cõtrariũ mox omnia cogitarent, sicut dixit. Vos cogitastis de me malum, sed Deus uertit illud in bonum.

DIGRESSIO

SECVNDA.

CATHOLICVS.



Mnia autem propter seipsum utiq; dominum fecisse fatemur, ut scilicet uel suam cunctis bonitatem tribueret, uel iustitiam ostenderet, non cogendo, nec Dyabolũ impium causando sed sponte sua impium iam effectum, ad diem malũ, quo dei iustitia amplius ostendetur, seruando. Impios quoq; Deus corruptæ uitiateq; naturæ uoluptatem sectantes, in reprobum sensum tradidit, quum ex flagitiis suis, diuini luminis claritatem amittunt, multipliciscq; erroris tenebras incurrunt, q; nempe, praue eorum uoluntati, nõ Deo, ascribẽdum est. Quẽ autem uult indurat, idest quem uult ex præuisa Respons. 1.

illius spontanea obduratione indurare permittere etiam indurare permittit. Et cuius conuersationis uel bonitatis præscius miseretur, eius uult suam præbendo gratiam misereri, neq; enim sumẽde sunt huiusmodi scripturæ dicta, in sensum quem ex litterarum serie faciunt, sed in sensum in quem sublimiori spiritu fiunt, quoniam spiritus est qui uiuificat.

Seruauit quoq;, ut ueteri litera redditur, Et non excitauit Deus pharaonem, illius castigationem intẽdens, obdurationem permittens, ut illius flagellis ceteri erudirentur, cunctisq; Dei potestas patefieret, cordis autem obduratio ex hominis prauitate, non ex Dei bonitate procedit, ideo prouer. 16. dicitur, hominis est cor, per liberum scilicet, arbitrium, uel lumine naturaliter indito aliquantisper disponendo, uel diuinæ uocationi assentiendo, præparare, Domini autem per gratiam suam est gubernare linguam, quoniam ipse nobis cooperatur, arbitrii libertatem iuuando non autem adimendo. Sed te quæso respondeas, si arbitrii libertate homo pœnitus careat, quo nam pacto illius sit cor suum præparare? curq; non totum Deo sapiens attribuerit, certe ni fingas, quid respondeas ignoro, neq; enim ad hanc cordis sui præparationem quépiam co

gi dicendum est, sic quidem non illius cuius cor præparandum est, sed eum potius cogentis, cor interesset disponere, quæ utiq; mera tua figmenta forent, libere itaq; uoluntatis sue facultate cor suum quisq; præparare poterit. Domini autem erit sua gratia cuncta dirigere. Non ergo criminis cuispiam actor autumandus est Deus, quum etenim peccatum, defectus quidam uoluntarius à fine sit, non quippe efficientem causam (ut Augustinus asserit) sed deficiẽtem tãtum habebit. Deus ergo qui & infinita perfectio est, & ipsum deniq; esse, iustusq; pctĩ semper ultor existit, illius actor minime esse poterit.

Deus nõ est actor peccati Aug. 12. De ciuitate Dei. Cap. 7.

Nec Dei prouidentia, ut inferius latius patebit, nullatenus cogitur homo, libera namq; hominis uoluntas immutari utiq; potest, cogi uero nequaquam, nam si quidem cogeretur, in uita siue nolens uellet, ac per inde nec foret uoluntas, quum cogere, & uelle opponantur, nec se inuicem compatiantur, sicq; esset in simul ac non esset uoluntas. Si itaq; uim quãpiam ipsius Balaã linguæ Dei spiritus, ad benedicẽdum intulerit, eius tamen uoluntatem nullatenus uiolẽtia permutauit. Gressus quoq; nostros dirigit & non coartat, Dominus, quum & nos operantes adiuuet, atq; ut dignum sortiamur effectum, nobis

Hominis uolũtas immutari potest cogi uero nõ põt.

Nu. 24.

uirtutem impēdat. Cūcte igitur hæc diuinæ scri
pture dicta, miram solum Dei circa nos prouidē
tiam non autem arbitrii nostri coactionē osten
dunt, inclinationemq; non necessitatem dicunt.
21. Sicut etiam ex prouer. libro consequenter addu
cis, cor scilicet regis esse in manu domini ut quo
cunq; uoluerit inclinet, non autem cogat, illud,
sicq; Deum omnia in omnibus tāq̄ uniuersæ na-
turæ conditor, omnisq; gratiæ elargitor, iuxta ta
Ephe. 1. men cuiusq; naturæ modū, operari dixit Apost.
Nec arbitrii libertati quicquam obstat, si quæ è
naturæ ineuitabili necessitate cōtingunt, nostræ
uoluntatis facultate non euitantur, famem, nem-
pe, & sitim uariasq; cum externas tum etiam in-
ternas passiones infirmitates'ue, & mortē deniq;
inuiti patimur, ne minus inde liberi arbitrii esse
desistimus, ut quæ etiam à nobis eligenda sunt,
quorum ratione liberi esse dicimur, libere elige
re nequeamus. ꝙ si eligibilium esse etiam desine
ret, arbitrii tñ facultas, qua eligendi repudian-
diq; uis nobis est naturaliter insita, Dei demum
gratia roborata, nullatenus esset amissa, qm̄ nō
tantum in externo opere explendo, sed etiam in
uoluntatis assensu aut dissensu arbitrii nostri
In uolūtatis assensu magis quam in externe opere arbi. libertas consistit. facultas sita sit. Vnde & ipsorum quoq; fratrum
iusti Ioseph arbitraria utiq; in eum occidendum
praua extitit cogitatio, quàm postea Iudæ consi
lio libere commutarunt.

HAERETICVS.

Male enim dixi quod liber. Arbit. ante gratiam, sit res de solo titulo, sed simpliciter debui dicere, lib. arbit. est figmentum in rebus. Seu titulus sine re, quia nulli est immanu sua quippiam cogitare mali aut boni, Sed omnia, ut Vuiclefi. articulus constantiæ damnatus, recte docet, de necessitate absoluta eueniunt. Quod & poeta uoluit, quādo dixit, certa stant omnia lege, & Christus Math. 6. folium arboris nō cadit in terram sine uoluntate patris uestri qui in cœlis est, & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Et Esaiæ. 41. eis insultat dicens, bene quoq; aut male si potestis facite, uerum pelagium sub his studiis alūt. Quid enim, refert si neges gratiā ex operibus nostris, & doceas tum per opera nostra dari? Idē manet impietatis sensus, quo gratia non gratis, sed ob nostra opera donari creditur. Neq; enim pelagiani alia opera docuerunt & fecerunt, propterq; gratiam dari uoluerūt, quam uos docetis & facitis, eiusdē sunt lib. arbit. opera eorundēq; membrorū, sed alia uos eis nomina & alia illi dederunt, ieiunium, oratio, Elemosine eadem erāt, sed nos congrua, illi condigna ad gratiam uocauerūt, ubiq; tum idem pelagius triumphator perseuerauit: fallit hos miseros homines, rerum humanarum inconstantia, seu, ut uocant, contingen

tia, oculos enĩ suos stultos mergũt in res ipsas, operaq; rerum, nec aliquando eleuant in conspectu Dei, ut res supra res in Deo cognoscerent, Nobis enim ad inferna spectantibus, res apparent arbitrarie & fortuite, sed ad superna spectãtibus, omnia sunt necessaria. Quia nõ sicut nos, sed sicut ille uult, ita uiuimus, facimus, patimur omnes & omnia, cessat lib. arbit. erga Deum, ꝙ apparet erga nos, & temporalia, illic enim (ut Iacobus ait) non est trãsmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Hic uero omnia mutantur & uariãtur, & nos stulti, diuina estimamus secundũ hæc tẽporalia, ut lib. arb. ꝑsummamus Deum præuenire, & gr̃am extorquere uelut dormienti, quotiens libitũ fuerit, quasi illum mutari nobiscũ possit, & uelit ꝙ aliqñ nõ uoluit, idq; nr̃o lib. arbit. operante & uolente. Et Pau. Ephe. 2. dicit Eramus & nos natura filii iræ sicut & cæteri, si oẽs extra gr̃a; sunt filii iræ ex ipsa natura, ergo & li. arb. est filius iræ ex natura sua, multo magis ex omnibus operibus suis. Quid autem esse potest natura filius iræ, nisi ꝙ omnia quæ facit sunt mala, non ad gratiam sed ad iram præparantia, imo iram merentia. Ite nunc pelagiani & præparate uos ad gratiam, cum hic Paul. non nisi iram illis mereri omnes dicat, mitius erat, si solũ dixisset, eramus filii iræ, sed addens natura, certe totum ꝙ sumus & facimus ex natura, non nisi meritum

iræ, nequaquam gratiæ intelligi uoluit. Vix breuiorẽ & apertiorem potẽtioremq́ in scripturis inuenias sententiã aduersus lib. arb. Et quid multis agimus? Ex supradictis abũde cognouimus, etiam iustos magno certamine contra suam carnem laborare, ut faciãt bonum, resistitq́ eis liberum eorum arbitrium, & prudẽtia carnis, summis uiribus concupiscens contra spiritum, odiens ea quæ sunt spiritus & legis Dei, & quomodo possibile est, ut sine spũ ex natura sua posset pro spũ cõcupiscere, seu ad spũm se præparare, faciendo q́ in se est, in gratia dum fuerit, natura eius talis est, ut contra gratiã indomitũ pugnet, & extra gratiã talis esse poterit natura eius ut spiritum iuuet? Quid insanius fingi põt? Esset hoc mõstrum simile huic, si quis indomitam feram uinculis custoditam domare non posit, & tum insanus iactet eam ante uincula, & sine uinculis esse tam cicurem & mansuetam, ut sponte se domet, seu ut dometur, laboret? Desistite quæso ab hac insania, miserrimi pelagiani, si lib. arb. in gratia peccat & insanit aduersum gratiã, sicut cogimur oẽs sentire, & quærũtur Apost. & oẽs sancti, certe contra oẽm sensum est, ut extra grãm probũ sit & ad absentẽ se paret, quàm pñtem odit & prosequitur. Necesse est ergo, mera figmenta & hypocrises esse quecũq; & docẽtur & fiũt añ grãm pro gratia impetranda, præueniri enim nos neces

se est misericordia Dei, ut uelimus, sicut & Aug. cõtra Epistolas pelagi. i. Dicit q nolentes Deus conuertit & reluctantes. Sicut in exẽplo Pauli monstrauit quem tunc cõuertit, qñ erat summo ardore persecutionis insanus & contrarius grãe, Et Petrus nõ respexit dñm ut recordaretur uerbi q dixerat Iesus, sed dñs respexit Petrũ ĩ media & maxima illa negatione, & sic recordatus uerbi fleuit amare. Videmus itaq; huius articuli sentẽtia, q̃ falax fuerit operatio erroris, Magistro Sathana. Cum. n. negare non possent nos per grãm fidei saluos fieri oportere, nec eludere possent hanc ueritatẽ, alia uia ingressa est ĩpietas ad eludendum, fingens & si nostrum nõ sit, saluare nos ipsos, nrm tamen esse parari ad hoc ut saluemur gratia Dei. Quæ ergo manet gloria Deo, si nos tm̃ possumus ut saluemur per grãm eius? An parum esse uidetur hoc posse, si quis grãm non habẽs, tm̃ tamen uirtutis habet, ut grãm habere qñ uoluerit possit? Quid refert si dicas sine grã nos saluari cũ pelagianis, quũ gratiã Dei iam ponas in arbitrio hominum, uideris mihi peior pelagiano, dũ grãm Dei necessariam in potestatem hominũ ponis, quã ille negauit esse necessariam. Minus inq̃ uidetur impiũ, gratiam in totũ negare q̃ eam nro studio & opere parari, ac uelut in manu nostra reponere.

DIGRESSIO TERTIA.

DE DIVINA PRAESCIENTIA ET LIBERO ARBITRIO.

CATHOLICVS.



VC Sanè, pertingere ex optabas, ut quoniam arbitrii facultatem cum Dei gratia præſcientiaq; ac prædeſtinatione componere neſciebas, cuncta abſoluta neceſſitate euenire putares, neq; enim æternam infallibilemq; ſummi Dei ſcientiam, ubiq; paſſim in diuinis codicibus expræſſam, effugere uel fingere uoluiſti, ne id pſalmi, tibi dicendum foret, q de ſimilibus canitur, intelligite inſipientes in populo & ſtulti aliquando ſapite, qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non conſiderat, qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem ſcientiam. Et alibi, dominus proſpexit ſuper filios hominum ſi eſt intelligens aut requirens Deũ. Vnde. Pau. Rom. ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Quam quidẽ diuinam ſciẽtiam Dyoniſius præceteris, de diuinis nominibus triplici ratione indagare connatur, Deum primo inquiẽs, eſſe ſine men

Pſal. 93.

Pſal. 13.

Pau. Rom. 1.

Dyoni. 7.
De diu. nom.

te, & sine sensu, non secundum deffectum, sed secũdum excessum, ex hoc quidem innuens, quoniam super excellentis naturæ Dei ratione, Quũ quicquid perfectionis in entibus repertum, eidẽ excellentius congruat, quæq; etiam inferior cognitio, cuiuspiam perfectionis semper gradum obtinens, per amplius perfectiusq; in eo utiq; erit. At uero, quum idem ait, quoniam diuina mens continet omnia cognitione ab omnibus segregata, in materialitatis Dei, puritatis ue ratione, qua quidem ab omnibus semota est creaturis, quaq; abstractæ formæ cognitio deuincitur, illius scientiam attestatur. Sed quum tertio subdit, secundum omnium causam in seipso omnium scientiam præaccipiens. Diuinam ex eo scientiam arguit, quoniam omnium est causa. Ex quo nẽpe nullatenus inferi potuisset, nisi cuncta per intellectum & uoluntatẽ, non autem naturæ necessitate, uelut omnium artifex in esse produceret, ad quem uelut artificem cuncta pariter comparentnr. Nil itaq; perfectissimam illius subterfugiet agnitionem, cuiusq; nãq; ab eo causati effectus similitudine uel idea, eadem nihilominus cum essentia, pro suæ naturæ modo in eo intelligibiliter præexistente, id quoq; ab ipso perfectissime intelligi fatendum est.

Triplex ratio inuestigandi diuinã scientiam.

Vnde & Augustinus de Trininit. Verbum Dei dixit de scientia illius æternaliter gigni.

Augu. 15. De Trin. 13.

At licet infallibilem supereminentemq; omnium tum præsentium tum futurorum notitiam supremus ille artifex semper obtineat, rerum tamẽ contingentiam, nostriq; facultatem arbitrii nequaquam adimit, neq; enim necessarium in contingens, uel e contra, seu uoluntatem in coactionem commutabit. Si nãq; res cunctas intelligẽdo uolendoq; iuxta ipsarum naturas, aut necessaria, aut contingentia, uel etiã uoluntaria, in esse produxit atq; conseruat, quomodo eadem præsciendo mutabit? Tum siquidem alia uideretur Dei scientia quum res ipsas producit, ab ea qua easdem præsciendo intelligit, ꝙ satis horendum est. Quæ itaq; libere aut cõtingẽter futura sunt, libere quoq; ac cõtingenter, pro suæ naturæ modo, uentura præsciuntur, quæ quum præsciri dicuntur, eo ipso futura prænuntiantur. Non enim ut ait Anselmus nisi ꝙ futurum est præscitur, idẽ itaq; erit dicere, præscitum aliquid necessario futurum esse, ꝙ si futurum aliquid est, dum sic futurum ponitur, necessario futurum sit, quæ quidem necessitas, rei positionem sequitur, non antecedit, nec prohibet aut cogit aliquid esse, uel non esse, sed tantum, ne insimul esse & non esse aliquid inferatur, differt namq; rem aliquam dicere necessario futuram esse, atq; eandem iam futuram, necessario futuram esse, primum nempe ex diuina præscientia minime infertur, falsum

Quid sit dicere. Adeo præscitum necessario erit.

quippe esset dicere, contingentem rem, necessario futuram esse, Alterum autem ex eadem consequi ac de futura re contingenti certificari conuenit. Nam si rem quampiam contingentē præscit Deus, ea utiq; iam futura proponitur, quū .n. non nisi uerū sciatur, nisi, reuera, futura foret, futura non præsciretur, quū ergo iam futura sit necesse quidem erit eam futuram esse, secus enim futurum dum futurum est non esset, futurum, quare quum iam futura sit necesse utiq; erit eā esse futuram, libere nihilominus uel contingenter erit, iuxta partialium principiorum suorum uarietatem. Quamuis igitur cuncta præsciat futura Deus, non tamen cūcta præscit ex necessitate futura esse, sed contingentia contingenter, uoluntaria libere, necessaria, quoq; ex necessitate uentura præuidet, nullam itaq;, æterna Dei sapiētia, uenturis effectibus necessitatem imponit. Quæ uero sua natura aliter euenire queunt, si secus futura forent, secus quoq; præuisa fuissent. Ast eadem semper infallibili Dei præsciētia stante, cui omnia nuda & aperta sunt, secus quàm præuisa sunt euenire non possunt, non ideo quoniam ita ex necessitate succedant, sed quoniam nil creatorum entium diuinam præscientiam, omnia, cum præsentia, tum præterita & futura complectentem, latere potest. Præsciuit itaq;, exēpli gratia, Deus pilatum damnandum fore, qui diuino ni-

Quomodo Dei præscientia rerū contingentiam non auffert.

Nota.

hilominus Auxilio, saluari utiq; poterat. Nec sa nè Dei præscientia, suæ extitit causa damnationis, sed est sua sponte damnatus, qui tamen, ut sic præscitus est, necessario periit. Nec (ut quidam scolastice aiunt) necessitate consequentiæ, seu q; ex Dei præscientia necessario damnatus sit, sed quoniam quum, ut sæpe iam diximus, præscitus ad interitum ponitur, damnãdus utiq; statuitur, atq; quum ut damnandus est, non posit non esse damnandus, quoniam tum & damnandus & non damnãdus in simul esset, quæ impossibilia sunt, idcirco præscitus huiusmodi, ex necesitate dãnabitur, non autem necesitate eum ad damnationem cogente, sed ex suppositione. Neq; enim hæc, ut prædiximus, arbitrii libertatem aut rerũ aufferunt contingentiam, sed diuinæ tantummodo scientiæ in falibillitatẽ amplitudinemq; ostẽtant. Nec mirum certe est inferiora hæc in se mutabilia esse, in æterna autem Dei sapientia immutabilia, quum & in se etiam temporalia sint, in supernis uero æterna semper existant. Præuidet ergo sua æterna præscientia Deus quæq; uentura sunt eo modo quo uentura sunt, futura esse. Diuina igitur præscientia arbitriiq; nostri facultas sibi inuicem nullatenus repugnant. Non itaq; fefellit nos humanarum rerum inconstantia, sed te magis decepit in fallibilis præscientiæ Dei cũ arbitrii libertate ignorata conuenientia.

Dei præscientie ac arbitrii conuenientia.

De Diuina prædestinatione, ac Repratione.

QVVM Autem cuncta diuino conspectui, cui idem esse est & intelligere, totumq; simul omnium creaturarum esse complectens, ne dum præsentia, uerum etiam futura, præsentialiter intelligibiliterq; assistant, ueram proculdubio rerum omnium infallibilemq; (ut iã diximus) sciẽtiam æternaliter habet. Neq; ipsius esse mutabilitate, quo uariata contingentia ab humano die incerte dubiæq; dignoscuntur, illius falli poterit sapientia, quo equidem fiet, ut immensa quoq; illius prouidentia, miro ordine cuncta gubernans, quosdam ad uitam, sua clementia, æternaliter ordinauerit, quosdam uero suis exigentibus meritis, æternæ perditioni deputandos esse præsciuerit. Nam quum uniuersa saluti nostræ conferentia, aut æternam damnationem promerentia, æterne, suo ordine, eidem præsentia existant, salutaribus piisq; bonorum præuisis laboribus, naturali sua bonitate ad id eum principalius inclinante, illos ad beatam uitam misericorditer præordinauit. Alios uero sceleribus inquinandos atq; in eis, dum ipsius Dei possent auxilio subleuari, obduraturos, quoaduixerint, esse prospiciens, æquissimo suo iuditio, æternis cruciatibus deputauit. Nec est qui eiusmodi iusti iudicis

Cur Deus quosdã ad uitam quosdam ad interitũ prædestinauerit.

ſentẽtiam culpare quæat, quum & iuſtis ſtatuta præmia, prauis autem pro eorum nequitia, condigna ſtatuat ſuplitia. Nam quum ex prothoparentis crimine, cuncti uelut contumeliæ uaſa prodeamus in eſſe, iuſta nos ſemper poſſet Deus damnatione repellere. Verum quum nõ ideo fecerit hominem ut pereat, ſed ut eidem magis perfecta charitate coniunctus perpetuo uiuat. Vt per Ezech. teſtatur, uiuo ego dicit dominus quia nolo mortem peccatoris, ſed ut cõuertatur a uia ſua & uiuat. Et Mat. Non eſt uoluntas ante patrem ueſtrum qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis, & ibidẽ. Quotiens uolui cõgregare filios tuos ſicut Gallina cõgregat &c. Et per Hie. quare auerſus eſt populus iſte in Hieruſalẽ, auerſione contentionis, indurauerũt facies ſuas, & noluerunt reuerti. Ecce quoniam de illorum, perditione hic conqueritur dominus. Idcirco cunctis ſemper præſto eſt illius gratia, qui uult omnes homines, ſaluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire.

Ezech. 33. Math. 18. & 23. Here. 8. 1. Tim. 2.

Adeoq; nobis ſemper adeſt diuina protectio, ut non modo petentibus ſe tribuat pulſantibusq; aperiat, ſed & non quærentibus aliquotiens ſe inueniendum præbeat, quum & tota die expandat manus ſuas ad populum non credentem ſed contra dicentem ſibi. Vnde per Ezech. proclamat

Ezech. 33.

dicens, cõuertimini a uiis uestris pessimis, & quare moriemini domus israel. Iusto itaq; optimoq; iuditio hos sua misericordia ad uitam disposuit, quos suæ præuidit uocationi assensuros atq; eius mandata obseruaturos. Hos autẽ gehennæ ignibus cruciandos proposuit, quos suæ gratiæ donum contempturos esse prænouit. Necessario nihilominus, quum ut prædiximus, illius præsciẽtia ꝓordinatioq; certa consistat, ut & qui prædestinati sunt, absq; dubio saluẽtur, reprobati uero pro suis demeritis, æternaliter pereãt. Hac tamẽ diuinæ prædestinationis aut reprobationis certitudine, quum Dei præscientia rerum naturã atq; ordinem minime confundat, arbitrii nostri facultas nequaquam deperditur. neq; enim hæc est ea absoluta, antecedensq; necessitas, quæ res esse aut non esse ineuitabiliter efficiat, sed quæ rei tantummodo positionem consequens, talem eã in effectu temporaliter futuram esse enuntiat, qualem iam in diuina mente intellectualiter præsentem esse certificat, nullã prorsus uim coactionemq; libero afferens nostræ uolũtatis arbitrio. Quod ut rursus exẽplo pateat, dicamus Petrum quidem, Dei gratia, saluandum fore, quibusq; etiam liberis suæ salutis causis ad id successiue accurentibus, liberum utiq; atq; contingens est, quum & saluari deperdiq; possit, quæq; etiã eius merita ad illius salutem proficua, contingentia

Diuinæ prædesti. liberiq; arbit. conuenientia.

liberaq; existat. Ast eundem Petrum prædesti natum saluãdum fore, eisdem pariter spontaneis salutis suæ rationibus accedentibus, insimulq; in diuina mente præsentialiter residẽtibus, necessarium quippe, atq; ineuitabile existit. Nõ ex eo quidem quoniam prædestinatus quispiam ex necessitate saluetur. Sed quoniam quum in eo ꝙ prædestinatus ponitur, iam saluandus prænuntiatur, si eodem deniq; stante supposito saluandus non esset, esset quidem insimul atq; non esset saluandus, quæ sibi inuicem repugnare planum est. Idem etenim est prædestinatum (ut prædiximus) saluandum fore, ꝙ saluandum, saluandum esse, idemq; reprobatum damnandum esse, ꝙ damnandum utiq; damnandum fore, ac siquis diceret, sedentem, dum sedet, necessario sedeat, qui nihilominus contingenter sedet. Quibus quidẽ ut cernis, nulla rerum auffertur cõtingentia, nulla'ue arbitrii præscribitur libertas. Nec consequentiæ ut aiunt, necessitate, ex Dei præscientia ꝑdestinatione'ue aut reprobatione, ueluti ex eorum necessaria causa, hæc ineuitabiliter sequi autumanda sunt, quum nullam his prorsus, diuina præsciẽtia, siue prædestinatio necessitatem ingerat. Habent se quidem ista tanquam exprimens & expressum. Nam ꝙ in præcedẽti includitur per sequens uocabulum declaratur. Quum igitur exprimentis oppositum cum ab eo expresso

in ſimul ſe compati nequeant, exprimens ex ex-
preſſo expreſſionis ui, non tanquam ex neceſſa-
ria ſubſequentis effectus cauſa, neceſſario ſubſe-
quetur. Hiis quoq; addendum eſt, quoniã quũ
ac uiciniori cauſa, effectus quiſq;, ſuam ſorciatur
neceſſitatem, uel contingentiam, à libero autem
noſtræ uoluntatis arbitrio, ueluti a proximiori
contingentiq; cauſa, prædeſtinationis effectus
effluat, iuxta id Aug. Qui fecit te ſinite, non ſal
uabit te ſine te. Eiuſmodi quipe p̃deſtinationis
euentus, contingens cenſendus erit. Amplius
quum libere uoluntates noſtræ, in ea cauſarum
ſerie, ad noſtram proficientium ſalutem, compu-
tentur, qui Deo certus ab æterno in eius mẽte p̃
ſentialiter reſsidet, ex prædeſtinationis reproba
tioniſq; neceſsitate, nequaquam arbitrii noſtri fa
cultas argui poſſet extincta, quum ſemper, ut di
ximus, a contingenti cauſa, ſuam effectus
contingentiam obtineat, Plana itaq;
iam eſt arbitrii noſtri libertas
cum æterna Dei prædeſti-
natione compactio, ut
nullã pœnitus exin
de perditionis
noſtræ excu-
ſationem
ſumme
re ualeamus.

Aug. 5. de Ciu. Dei cap. 9. contra Ciceronem.

OBIECTIONES CONTRA PRAEDICTA.

PRIMA OBIECTIO.

AT super hiis quæ dicta sunt non modica insurgunt dubia, quibus Dei præscientia necessariam fore salutis nostræ, perditionisq; causam, uidetur. Nã primo Genes. Scribitur Iacob dilexi Esau autem odio habui. Quod Apostol. Rom. 9. pertractans ait, quum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent uel mali, ut secũdum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex uocante dictum est, Iacob dilexi Esau autem odio habui. Sola igitur æterna Dei electione aut reprobatione, non aũt ex operibus, è libero uoluntatis arbitrio uel bono cordis proposito prodeuntibus, salus uel perditio nostra consurget. Pri. Gen. 25. Obiectio.

RESPONSIO.

Elegisse Deum dicimus ac dilexisse Iacob, non quidem ex iam actis illius operibus, quum non dum natus aliquid boni aut mali egerit. Nec ex bonis etiã suæ naturæ actibus ab eo præuisis, quum hii naturam nostram transcendere nequeant, ut pro supra naturali bono adipiscẽdo suffitiant. Neq; ex tunc bono cordis sui proposito. Qm̃ adhuc rationis minime capax, illud habere non poterat. Neq; ex præscitis eiusdẽ me Responsio.

ritis. Quum Paul. aperte dicat, quoniam non ex operibus ſed ex uocante dictum eſt ei, quia ma-

Rom. 9.

gior ſeruiet minori. Quid ergo dicemus, nunquid iniquitas eſt apud Deum? abſit. Nam quũ ex mercedis debito, quippiã pro condigno operantis labore, impenditur, æquo laborãtis merito, iniuſte nempe minor merces, redderetur. At

Quomodo iuſtiſſime Deus quoſdã Eligit quoſdam reprobat.

hic nullum adeſt condignum meritum. Nam quum ex humanæ naturæ maſſa, originali prothoplaſti crimine infecta, æterna cuncti ſimus damnatione condigni, quiſquis ex huiuſmodi periturorum numero eripiatur, reliquis in perditionis ſtatu relictis, quum nullum ibi ſit meritum, nulla erit quoq; eripientis iniquitas, uel iniuſtitia, aut partialitas, ſed liberantis tantũ iudicis bonitas, elargientiſq; pietas computabitur. Ideoq; ex dato Moyſi reſpõſo queſtionem hãc

Exod. 33.
Nota.
Quomodo cuius uult Deus miſeretur.

diſſoluens Paulus ſubiunxit. Miſerebor cui miſereor, id eſt, cuius miſereor, eum iam ex miſericordia eligendo, miſerebor, gratiam tribuendo. Et miſericordiam præſtabo, ei iuſte, ſcilicet, uiuendi ac perſeuerandi, cuius miſerebor, illius, ſcilicet, quem prædeſtinauero. Concludenſque Apoſtolus, ſubdit. Igitur non uolentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Ac ſi dicat, bone uoluntates noſtræ in diuina mente elucentes, humanarum etiam actionum curſus, à Deo præuiſus, æternæ noſtræ electionis, principalior

efficaxq; ratio, ex iustitiæ merito, minime exti-tere, sed ipsius magis præeligentis liberantisq; Dei misericordia. Nec bonum tamen futurum cordis Iacob propositum, eiusq; per agenda, Dei gratia, merita, Deum iustorum omnium amplissimum remuneratorem, latuere. Quinimmo & ab eo tanquam præsentia præcognita, Ad hanc, ipsum, præeligendi pietatem, tanquam bonarum operationum zelatorem, flectunt atq; interpellát. Aeternæ itaq; ipsius Iacob electionis, dilectionis'ue, cunctorumq; pariter electorum, uera principaliorq; causa, eligẽtis Dei bonitas statuitur. Secundariam autem atq; accessoriam, ut ita dicam, eiusdem liberationis rationem, propriam bonæ mentis habitudinẽ, præscitaq; merita, esse ex libero nostræ uoluntatis arbitrio, Dei gratia, prodeuntia, Catholice asserrimus. Iacob igitur ad uitam, libere, sua gratia, consequendam, æternaliter præelegit dominus. Esau uero, ne dum originali macula infectum, qua singuli iustum æternæ damnationis iuditium promerentur, sed ex præuisa etiam sui cordis operis'ue prauitate supræmus ille atq; æquissimus iudex, qui qualis quisq; sua sponte futurus sit, unico suæ sapientiæ simpliciq;, cernit intuitu, iusto iuditio spreuit. Non ergo eum ad peccandum adegit, qui eum spõte peccaturum fore præuidit, cuius præscientia, Vt Augustinus ait, neminem cogit ad

Idem intelligit Aug. in Enchir. cap. 98. de hac materia diffuse disserens.

Aug. de triplici habitaculo.

peccandum, ut multi errantes dicunt. Et infra cō cludens ait, ideo uoluntate propria homo peccauit, & non alia necessitate, quia in præsentia Dei fuit, ut uoluntate & libero arbitrio, & non necessitate cogente peccaret. Et infra, si ergo uoluntarie & non coactus est ad peccandum, potuit sine dubio, non peccare, si uellet, ideoq; pœnam meruit quia non inuitus peccauit.

SECVNDA OBIECTIO.

AMplius non'ne Deus Pharaonē excitauit, atq; ut non relinqueret populum suum obdurauit. Vnde Exo. 9. scribitur, quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam, ut anuntietur nomen meum in uniuersa terra. Nostri igitur arbitrii libertas perire uidetur, quū obdurationis uel peccati nequitiam in Pharaonis, aut cuiusuis alterius hominis cor, immittat Deus. Nā uoluntati eius quis resistit?

RESPONSIO.

Decem quippe plagis, Pharaonē in malitia dormientem, idest absconditum, siue latentem, excitauit dñs. Quatenus propria cordis eius malitia nescientibus patefieret. Qui tamē Pharao iustis Dei plagis affectus, propria animi sui elatione,

Deo sub esse renués, dixit Deũ ignoro, & Israel non dimittã. Cuius quidem cor, sibi impie repugnantis, Deus iuste sua gratia, expoliando, ac nõ emolliendo, non autem malitiam immittendo, suisqꝫ id exigentibus meritis, obdurauit. Nõ igitur in Deum optimum, iniustitiæ omnis, iustum ultorem, illius est culpa reflectenda, quum proprio ille meruerit uitio, qui diuino cõtempserat parere iuditio. Indurauit itaqꝫ Dominus (teste Basilio) expectatione ad pœnitentiam, atqꝫ supplitii dilatione, propriam augentem malitiam, quatenus in extremo augumẽti prauitatis illius termino, diuini iuditii perfectionẽ cunctis oñret.

Quõ intelligendũ sit, Deum indurasse cor Pharaonis.

TERTIA OBIECTIO.

ALia quoqꝫ non modica contra iam dicta, insurgit ambiguitas. Quoniam duobus paruulis, parentum manibus ad regenerationis lauacrum delatis, in eorum altero, sacerdote, Baptismatis sacramento peragente. Alterũ aliquotiés, huiusmodi saluatoris gratia fraudatum, in parentum gremio expirasse cõtingit. Cui quũ non aliquis adhuc arbitrii usus extiterit, aut iã futurus sit, quo ex malis illius præscitis meritis, æterno cruciatui ad iudicari possit. Cur igitur hic morte præuentus baptismi gratiam assequi nequiuerit, quum in altero fidei mysterium expleri, salua

riq; iam concessum sit? Hanc nempe difficultatẽ tangit Aug. in libro ypogno. Contra pellagianos, eaq; aliis uerbis expsśa, subdit. Quis sapiẽs & intelliget hæc? aut quis ydoneus erit horum reddere rõnẽ? nec aliter soluit, q̃ ad id Pau. Ro. xi. recurrens. O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ Dei, q̃ in comprehensibilia sunt iuditia eius, & inuestigabiles uie eius.

Aug. lib. ypog. 6.

RESPONSIO.

Temeritatis quidem nota digni censeremur, siq; Doctorꝝ eximius Aug. se nescire fattetur, nos ea dissoluere auderemus. Quũ nihilominus sane intelligendo diceremus. Quoniã partiales cuiusq; salutis uel dãnationis rõnes, ut pote, cur hunc adhuc matris utero clausum, reprobatũ extinguat, illũ aũt uiuere, ut saluetur, permittat, quodq; extremũ futurꝝ sit utriusq; horꝝ iuditiũ, cum Aug. utiq; ignoramus. Verũ quum neminẽ nisi iustissimo Dei iuditio, nobis tamẽ ignoto, dãnari aut saluari, firma fide credamus. Ipsũ quoq; pro meritis, aut demeritis, ab eo tamen æternaliter præcognitis, unicuiq; iuste retribuere tenemus. Ex omni itaq; eorum uita, diuino intuitu in simul conspecta, nouit dñs, quem ex bona, ut prædiximus, p̃uisa mentis habitudine, misericorditer, liberet. Et quẽ, ex futuris ab eo malis, si superuiue

Prædestinat. reprobationisq; causas partiales ignoramus.

ret,

ret,(illius cæteris futurꝝ nocumentũ.ꝓcauendo) tanq̃ uas cõtumeliæ ortũ,iustissime extinguat. Quum aũt nostro semp merita ac demerita peragantur libero uoluntatis arbitrio,nostræ saltim uolũtatis assensu aut dissensu,à Deo præuiso, diuino nihilominus,nobis sp ignoto,iuditio Vel ad uitam misericorditer eligimur, uel tanq̃ cõtumeliæ uasa deiicimur. Quare aũt adhũc Dei gr̃a ꝑuenerit,ad illũ uero nõ,occulta(ut Aug.inq̃t) causa esse potest,in iusta esse nõ põt.Horꝝ igitur infantiũ electionis reprobationis'ue causa (& si nobis occulta sit)iusta tamẽ semper absq; dubio existit,q̃uis ergo Dei iuditia,exigua intellectus nostri uirtute,comprehendere nequeamus,ea tñ iustissima esse per ea quæ facta sunt intellecta rationali discursu patefacere possumus.

Aug. de peccatorum meritis & remissione.

QVARTA OBIECTIO.

AMplius quum solius Dei uolũtatis sit, tãq; figuli ex luto,ex eadẽ humani generis massa, aliud uas in honorẽ,aliud in contumeliam facere, nulla quidẽ salutis dãnationis'ue ratio alia ascribẽda uidebitur.Nam quũ Hieremias,in domũ figuli,ex Dei mãdato,descẽdisset, ut Hier. scribitur,& ipse figulus opus super rotã ꝑficeret, dissipatũq; esset uas quod faciebat ex luto,manibus suis,faceretq; illud uas alterꝝ,sicut placuerat

Hier. 18.

ei, Dñs dixit ad eũ, ecce sicut lutũ in manu figu-
Rom 9. li, sic uos domus Israel in manu mea. Vnde Pau.
Nũquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quid me
fecisti sic? An nõ habet potestatẽ figulus luti ex
eadẽ massa facere aliud q̃dẽ uas in honorẽ aliud
uero in cõtumeliã. Quod ẽt pertractans beatus
Aug. libro soli loquiorũ cap. 29. Aug. ait. Et ego dñe hoc cõsiderãs expauesco &
obstupesco de altitudine diuitiarũ sapiẽtiæ & sci
entiæ tuæ, ad q̃ ego nõ ptingo, & incõprehẽsibi-
lia iuditia iustitiæ tuæ. Q̃m ex eodẽ luto, alia q
dẽ uasa facis in honorẽ, alia in contumeliã sempi
ternã. Quos igitur tibi elegisti de multis, in tẽ-
plum sanctum tuum, ipsos mundas, effundẽs sup
eos aquã mundã, quorũ nomina numerũq; tu no
sti, qui solus numeras multitudinẽ stellarũ, & o-
mnibus eis nomina uocas, qui etiam scripti sunt
in libro, qui nequaq̃ perire possunt, quibus oĩa
cooperantur in bonum, ẽt ipsa peccata. Quũ. n.
cadunt non colliduntur, q̃m tu dñe supponis ma
nũ tuam, custodiens oĩa ossa eorũ, ut unũ ex his
non cõteratur. Et infra. Quorũ dinumeratio no
minũ et meritorũ prauorũ, apud te est, q numerũ
arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profun
dũ abissi, quos reliquisti in imunditiis suis, qui-
bus oĩa cooperantur in malũ, & oĩo ẽt ipsa eorũ.
Ecce igitur, q̃m nõ expreuisis bonorũ malorũ ue
operibus, ut asseruisti, sed ex mera Dei uolũtate
pẽdeat, ut q̃spiã saluari queat, aut peat in æternũ.

RESPONSIO.

Qua nẽpe ratione æquissimus iudex Deus, plurimos ueluti cõtumeliæ uasa abiecerit. Quũ ex primoꝝ hoĩum ĩmunditia, tanq̃ iræ filii, omnes, æternæ dãnationis iuditiũ, iuste promereamur, iniustũ cuiq; uel stupendũ, uideri nõ debet. At cur quosdã ex eadẽ corrupta, humanæ naturæ, massa, in quibus sibi inhabitare cõplacuit, nullis eoꝝ meritis, ante mũdũ p̃destinauerit, de mũdo uocauerit, atq; emundauerit, ĩmundo iustificauerit, & post mũdũ magnificauerit, quibus oĩa nedũ bona, sed & mala cooperentur in bonũ, reliquis nimiꝝ in eoꝝ immunditiis relictis, quibus demũ oĩa cooperantur in malũ, stupendũ quidẽ iuditiũ expauescendũq; uidet̃. At tñ si q̃ iã a nobis discussa sunt, diligẽtius scrutẽtur, ubi de p̃destinationis, liberiq; arbitrii cõpositione diffuse satis disseruimus, nõ impossibilis ad obiecta patebit Respõsio. Dictũ siqdẽ est, qm̃ quos Deus, suæ nõ oppugnaturos uocationi, præuidit, suaq; p̃cepta minime neglecturos, agnouit, iusto eius optimoq; iuditio, tanq̃ electionis atq; honoris uasa, ad beatã uitam misericorditer p̃destinauit. Quos aũt suæ gratiæ donũ, cuiq; amplissime oblatũ, contẽpturos esse p̃nouit, hos cruciatibus ppetuis iuste deputauit. Qua ĩ re, si nobis id Aug. in Ench, obiicias, dicẽtis. Si futura opera uel bo Aug in En.h.98.

na huius, uel mala illius, q̃ Deus utiq; p̄sciebat, uellet, supple Ap̄lus, intelligi, nequaq̃ diceret, nō ex operibus, sed diceret, ex futuris opibus, eoq; mō istā solueret q̄ōnē, imo nullā quā solui opus esset, faceret q̄stionē. Vbi certe p̄uisa opa, à p̄de stinationis reprobationisq; rōne apertissime ex-cludi uidentur. Satisfaciēdo dicemus. Q̄m quū de æterna ipsius Iacob electiōe tractauimus, ad iunximus, solā p̄eligentis liberantisq; Dei boni-tatem misericordiáq;, nō bonaꝝ actionū cursum à Deo p̄uisum, æternæ nostræ p̄destinationis ef ficacē cām existere, ideoq; p̄uisa opa ab hac rōne seclusit Apostolus. Nostra tñ ab eo præcognita merita, uel ēt bona, nr̄æ mentis habitudo, eū, ue-luti cuiusq; iustæ actionis nostræ laborisq; zela-torē, atq; amplissimū remuneratorē, ad hāc p̄eli gendi pietatē, inclinantia, secundaria esse, atq; ac cessoria asseruimus. Quæ nihilominus quū ex li bero nostræ uoluntatis arbitrio (Dei gr̄a) emer gant, liberū arbitriū nostrū, ab æterna electione minime secludet. Quū uero de defuncto paruu-lo parētū manibus ad Baptismi lauacrū deporta to, loqueremur. Eū diximus, q̄m primoꝝ culpa parētū, uas erat cōtumeliæ ortū, ex prauis quoq; si superuixisset, illius p̄uisis operibus, iustissime à Deo extinctū fuisse. Ita ut & si bona p̄uisa me-rita, à principaliori p̄destinationis rōne secludan tur, mala tamē p̄uisa uel acta merita, à reprobatio

De Iacob & Esau iudicio.

Quomodo ex sola Dei bonitate, & tamen ex præuisis etiam bonis meritis prædestinati sumus.

Bona præuisa merita a prædestinatione secluduntur

nis causa nõ separantur. Hinc Aug. Vbi supra, subiunxit. Quis. n. nisi insipiens, Deum iniquũ putet, siue iuditiũ pœnale ingerat digno. Ecce, reprobatiõis, ex prauis meritis, iustitiã. Sequitur. Siue misericordiã præstet indigno. Ecce pdestinatõis, ex bonorꝝ operꝝ exclusiõe, misericordiã. His itaqꝫ iustissimis rõnibus, partialr tñ nobis ignotis, qm singulas cuiusqꝫ futuras actiones nescimus. Alia, ex eodẽ humanæ naturæ luto, uasa Deus in celestẽ honorẽ, pstituit, Alia in cõtumelia sempiternã adiudicauit. Non aũt sic quẽpiã pduxit dñs, ut dãnet, qm, quũ nõ nisi ex peccato quispiã iuste dãnetur, tũc eos ut peccarẽt fecisset, ꝙ quidẽ impium, ne dũ dicere est, sed & cogitare. Nã propria cuiusqꝫ electio, iuxta. Dama. uasa struit honorabilia, quũ ex propria uoluntate, ut ẽt Chriso. ait. Quisquis uas iræ, aut misericordiæ, fiat. Verꝝ qm nulla, nostræ electionis liberationisqꝫ efficax causa, diuina excepta misericordia, re uera, esse uidetur, idcirco usqꝫ adeo absolute Deus uas hoc in honorẽ, illud uero in cõtumeliam efficere dicitur, ac si nulla prorsus alia pdestinatiõis reprobationis ue rõ assignari qat. Indeqꝫ se de altitudine sapientiæ ac scientiæ Dei expauescere, clamat Aug. Quosqꝫ ad uitã pelegit Deus, non ex absoluta ipsius effectus necessitate, arbitrii libertatẽ extinguẽte, sed ex diuinæ pscientiæ, certitudine, perire non posse affirmat.

mala uero prævisa à reprobatione non separantur. Aug. ubi supra.

Dama. cap. 20.

Chriso. in Epi. pa.

Cur absolute dicatur, Deum hoc uas in honorem illum in contumeliam produxisse.

Quibus ẽt ideo in bonũ peccata cooperari dicũtur, qm̃ ex his correctis, ad potiora semper proficiunt. Reprobis uero cuncta ex eo in malum tẽdunt, qm̃ ueluti diuinæ gratiæ illusores, solo rerꝫ tẽporalium amore, Dei obsequium exequentes, eos ad æternũ assidue pellunt interitum.

QVINTA OBIECTIO.

AMplius, ex diuinis.n. litteris sæpissime haberi uidetur, Deum oĩum humanorꝫ actuũ operationũq; decursum, omni nostræ uolũtatis arbitrio abiecto, pro sua uoluntate disponere, ut pote, Regna scindere, obcecare, decipere, obdurareq; & huiusmodi. Nam. 3. Regum, scribitur.

3. Reg. xi. Hieroboam Salamonis seruo, per Ahiam ꝓphetam sylonitẽ, diuino oraculo, sic prædictũ fuisse. Afferã aũt Regnũ de manu filii eius, id est de manu Roboam filii Salomonis. Et dabo tibi decem tribus, filio aũt eius dabo tribum unam, ut remaneat lucerna Dauid seruo meo, cunctis diebus corã me in Hierusalẽ. Non'ne & pro Achab

2. Para. 18. rege decipiendo, spũi mendaci à Deo dictum extitit. Decipies & ꝑualebis, ægredere, & fac, ita.

Ibi. 21. Scđo ẽt para. dicitur. Suscitauit ergo dñs cõtra Ioram spiritum Philistinorꝫ, & Arabum, qui cõfines sunt Aethiopibus, & ascenderunt in terrã Iuda, & uastauerunt eam. Et ibidem. Voluntas

quippe Dei fuit aduersus Ochoziam, ut ueniret ad Ioram. In Esaia ẽt legitur. Et educam eos in uiam q̃ nesciunt, & in semitis quas ignorauerũt, ambulare eos faciam. Et infinita prope, huiusmodi in diuinis litteris, reperta sunt, quæ euitãdæ ꝓlixitatis gr̃a omittuntur. Quibus plane asseri uidetur, Deum ipsum, cuncta hæc inferiora, nullo nostræ uoluntatis arbitrio accurrẽte, pro sua immutabili uoluntate, disponere. 22 Esa. 42.

RESPONSIO.

Per sepæ errantes homines, quorum finis interritus, & quoꝝ Deus uenter est, suas usq; adeo auertunt, ab omniũ plasmatore facies, ut uniuersa, pœne, Dei mandata contemnant, gratiamq; Dei deludant, atq; omniũ deniq; flagitioꝝ sordibus intenti, pecudum more uitã uiuant. Quibus, quum eorum expleta malitia, iustissima Dei ultio, pro peccatis, ingruerit. Diuini prius luminis claritatem, qua cunctos, potuissent, si uoluissent, suæ captiuitatis laquæos euadere, cõtẽnentes, ea, zelantes tenebras, luce carent, mẽteq; ceci, in eos propensius incidunt captiuanturq; laqueos, sibi propriis malis meritis adeptos, ut in sordibus, suo iã uitio obdurati (Ioan. Euang. teste) adhuc magis sordescant. Obscurenturq; oculi eoꝝ (ut ait Dauid) ne uideãt, & dorsum eorũ semper incurua,

Diuina ultio nõ nisi pro peccatis nobis immittitur.

Apost. 22.
Psal. 63.

Rom. primo

De Roboam Rege.

De Achab. 3. Re. 16.

De Ioram Rege.

Ideſt non niſi infima aprehendant. Cui confor me eſt id Paul. Quum ait. Obſcuratum eſt inſi piens cor eorum. Suo igitur ſemper iuſto, iudi tio, Regnum abſtulit Deus a Roboam, atq; ſci dit, ſuiq; patris ſeruo Hieroboam condonauit, paternorum enim ſcelerum fuerat Roboam im mitator, Optimoq; ſeniorũ ſpreto conſilio, ſtul tis iunioribus annuens Dura populo ſuo, ac ſup ba reſpondit. Qm̃ prauis ſuis exigentibus meri tis, eum Dñs Aduerſatus fuerat. Achab quoq; abiit ut. 3. Re habetur, & ſeruiuit Baal, & adora uit eum, & poſuit Aram Baal in eiuſdem tẽplo, qđ edificarat in ſamaria, & plantauit lucũ, & addi dit Achab (ut ibidem dicitur) in opere ſuo, irri tans dñm Deũ Iſrael, ſuper oẽs Reges Iſrael, qui fuerãt ante eũ. Merito igit᷑ à Deo deceptus eſt, ſuoꝶ inimicoꝶ manibus interẽptus. Sic & de Io rã Rege. In litteris. n. ab Helia propheta eidem allatis, ita ſcriptũ erat. Qm̃ nõ ambulaſti in uiis Ioſaphat patris tui, & in uiis Aſa Regis Iuda. Sed inceſſiſti per iter Regum Iſrael, & fornicari feciſti Iudam & habitatores Hieruſalem, immit tati fornicationem domus Achab, inſuper & fra tres tuos domum patris tui, meliores te, occidi ſti. Ecce dñs percutiet te plaga magna cũ popu lo tuo. Et infra, demũ, ait. Suſcitauit ergo dñs contra Ioram ſpiritum philiſtinorum. Iuſto igi tur Dei iuditio plurima ei euenerunt mala, qui

ſuo Deum

suo Deum libero contépsit arbitrio. Sed & quid de Ochozia, superius in eodem cap. scriptum sit, perlegas. Inquit enim. Et ipse ingressus est per uias domus Achab, mater.n.eius impulit eũ, ut ipse ageret, fecit igitur malum in conspectu dñi. In Esaia similiter, in illius capituli calce conscriptum est. Quis dedit in direptionem Iacob & Israel uastantibus? Respondetq;. Non'ne dñs ipse cui peccauimus, & noluerunt in uiis eius ambulare, & non audierunt legem eius. Qñcunq; igitur (ut etiã Aug. ait) in diuinis literis à Deo seduci homines, aut obtundi, uel obdurari, & his similia legimus, semper mala eorũ merita pcessisse, ut iuste ista paterentur, excogitare debemus. Eorum quippe malitia agente, etiam in reprobũ sensum, (teste Paulo Apost.) traduntur, ut ea faciant quæ non conueniunt, atq; in errorem mitantur. Vt qui dum posset, ueritatem amplecti noluerunt, inuicti demũ médaciis annuerunt, sicq; in erroribus suis iuste remaneant. Nec mirum, si Dei bñficio, sic iniq; agétes priuentur, quũ ex eorum iniquitate à Deo deseri mereantur.

De Ochozia.

Esaia. 22.

Augu. de gratia & libero arbitrio

Qui dum possunt gratiam obtinere, contemnunt, eam postmodum quandoq; inuenire non possunt, semperq; in maiorem errorem labuntur.

AD LITERAM HAERETICI RESPONSIO.

SEd his a nobis iã ita Elucidatis. Quã magni etiã tue sint pôderis obiectiôes inspiciamus. Cũctis qdé etiã parũ in sacris litteris exercitatis

ꝑ tritũ est, qm̃ Deus in se stabilis ac manẽs, dat cuncta moueri. Nostri igitur arbitrii mutabilitatem, illius immutabilitas, sicut etiam & cæterarũ reꝝ essentias uel naturas, minime tollit. Nam si immutabilis ꝑmanẽs mutabilia cũcta creauit, cur immutabiliter ꝓsciens aut uolens, mutabiliũ mutabilitatẽ euertet? Mutabilẽ itaq; effectũ ab immutabili causa ꝓcipue uľi prouenire posse, nõ repugnat. Licet igitur absq; imutabili Dei uolũtate, nec folium quidem arboris in terram mutabiliter ac contingenter cadat, eius nihilominus contingentiam aut mutabilitatẽ, diuinæ uoluntatis immutabilitas, sicut & diuinæ ꝓscientiæ infallibilitas, minime tollet. Quũ (ut supra dictũ extitit) a proximiori causa effectus, ut talis sit, sp obtineat. Quamuis nec Euangelii etiam testus (ut affers) ita iaceat, ut eũ percurrenti patere potest. Neq; Esaiæ dictum, est ad liberum iudeorum arbitrium abnegandum, sed ad, Idoloꝝ Babiloniæ contemptum exprimendũ, ac si diceret, bene aut male nequaq̃ agere potestis, qm̃ scilicet sensu ac itellectu ꝑditi nõ estis. Nõ aũt ex operibus gratiã, sed fide magis eã nos promereri, cum Aug. dicimus, Eamq; opus omne saluti nostræ proficuum ꝑuenire, quibusdã tamẽ ẽt bonis naturæ actibus, & si ualde imperfectis, oẽm præuiã gratiã præcedentibus, aliisq; eandem subsequentibus, Ad iustificantem gratiã ꝑparamur. Nec libero prius ꝑ iustificante gratia, Deũ præ

Dei immutabilitas rerum mutabilitatem non affert.

uenimus arbitrio, q̄ ipse sua nos uocatione atra/hendo pueneerit. Nec gratia ponitur extorquenda, quæ cunctis æquidē, eam nō spernentibus, cō tinuo, Dei bonitate, adest. Quãuis ēt prothoplasti uitio, liberꝝ uolũtatis arbitriũ uitiatũ fit atq; infirmũ, nō tñ usqueadeo extinctũ, quin naturæ opa, ēt moraliter bona, quibus se ad priorē Dei uocationē aliq̄tisper accingat, pficere, praua aũt respuere possit, Veluti pl'ium ēt infidelium exē/plo, exploratũ extitit. Quæ æquidem moralia opa, & si ea forte rōne, peccata nũcupata sint, qm̃ illa agentes, à pctō nō liberēt, ipsisq; infidelibus ad uitã nequaq̄ prosint. Qm̃ omne qͦ nō est ex fide (teste Pau.) pcũm est. In se tñ sumpta, suoq; pximiori fini collata, bona eē moraliter, sobrius autumãtur. Ex naturæ siquidē bono, nobis, post primoꝝ lapsum, diuina bonitate, relicto, non aũt è malo nobis eoꝝ uitio illato, moralia hæc emergere dicenda sunt. Ex malo etenim ut malũ est nō nisi malũ progredi, utiq; fatendũ est. Valde quippe iniustũ, & maloꝝ oĩum probatur extremum (ut Cassio. ait) ut inde quis cogatur detri/mēta suscipe, unde credebat Auxilia prouenire, molestiã pati sine causa, pœnã sine culpa, dãna sine debitis. Non itaq; peccata erũt, aut ea agentibus detrimentum, Quinimmo & ad pfectiorem statum magis dispositio, ut supra de Cornelio ex Apl'oꝝ actibus, adductũ est. Ad postremam aũt iustificantemq; grãm, non de sola natura, sed

Aug. de uera innocentia propo. 106.

Pau. Rom. 14.

Gentilium moralia, bona autumantur.

Cassio.

Act. Apost. cap. x.

& informi fide, penarumq; timore, pro ut ex iam dictis abūde cōstat, q̄ dona Dei sunt, p̄paramur. Carnisq; cōcupiscentiā, seu originalē fomitē, nō aūt liberꝝ arbitriū, iustis bene agere uolentibus restitisse dicimus, quum in eiusmodi certamine positi, non ex tristitia, sed sua sponte, bene operati sint. Frequentius tn̄ euenire solet, ut torpētia prauoꝝ corda, sua præuia uocatiōe uel impulsione, piissimus Deus usqueadeo excutiat, ut timore magis eos inuitos ad bonū cōpellere, q̄ amore ad se trahere uideatur. Quod nihilominus ab æquissimo oīum iudice, non ita fieri planum est. Nam si inuitos nos ad bonū traheret, quū agēs inuite bonū, offendat, ad sui nos offensionē cōpellere diceretur, qđ quidē horrendū est opinari, Nolētes utiq; primo trahit Deus, ut ex nolētibus, uolentes fiant. Vnde Aug. cōtra pellagianoꝝ Epistolas, sic inquit, Trahitur ergo miris modis ut uellit, ab illo qui nouit intus in ipsis hoīum cordibus operari, nō ut hoīes, ꝙ fieri non potest, nolentes credant, sed ut uolentes ex nolētibus fiant. In hunc itaq; modū nolentē Apl'm, ibidem asserit, esse cōuersum. Non est ergo Paulus ad Christi fidē coactus, sed diuina castigatione p̄monitus, ut de nolente uolens fieret, ꝙ & factū conspicimus. Nā & uehementi primū timore concussus, subinde amore thractus, statim libere dixit, Dn̄e quid me uis faccre? Iuxta igitur nostræ uoluntatis modū, illius, nimirum, libera

Quomodo à Deo compellimur ad bonum.

Aug. contra pellagi. Episto. lib. pri. cap. 19.

Quomodo Paul. ad fidem coactus non fuit.

facultate manēte, mire, in ea incompræhensibili-
terq; opatur dn̄s, prius nos siquidē ad pœniten-
tiā, non cogendo, sed illustrando, suadendo, exci-
tandoq;, Veluti quū negantē Petrū respexit, sua
misericordia p̄uenit, ut suscepti iam uerbi Dei se
minis recordati, ingrate nos a deo auersionis, in-
terne sponteq; peniteat, quo subinde, iustificantē
gratiam adipisci possimus. Præuenientis igitur
Dei est, ut iuste agamus, liberi uero nostræ uolū
tatis arbitrii assentientis est, ut ab ipso Deo ad-
iuuemur, Vtriusq; aūt, Dei scilicet, iustificante
nos gratia, subsequētis, nostriq; cooperātis arbi-
trii est, ut saluemur. Nec sic Dei gratiā, in homi-
nū statuimus arbitrio, ut eam ēt irridētes, Deo,
prope, inuito, nulla cordis cōtritione p̄uia, aut si
de placato, prolibito semper assumāt, sed qm̄ ob
suam nimiam, qua nos Deus semp̄ dilexit chari-
tatem, eā cunctis ad se reuerti anuētibus amplis-
sime offerat, ac præstare nō differat. Sic itaq; ne
dum gratiam, sed & cœlestem illam gloriam in
nostra esse potestate repositam asserit, Aug. Re
posita est (inquit) in potestate facientis, quia Re
gnum cœlorum uim patitur. Ad q̄ tandem nos
dn̄s, sua bonitate, perducat. Amen.

Quō ordine gratia & liberum arbitrium ad salutem concurant.

Aug. Sermo. de sanctis. 37.

Omnium scientiarum largitori
Laus, honor, & Gloria.

ERRORES IN LITTERRA POST VLTIMAM IMPRESSIONEM REPERIT.

Folio primo In indice operis, sacramentum, pro sacramentoꝝ. Fo. 3. car. 4. Reuella ꝓ Reuela. Fo. 5. car. 12. Eccellẽtioribus ꝓ Excellẽtioribus F. 6. c. 13. deficit quottatio in margine. s. Esa. 21. Fo. eodẽ. car. 15. formitem. pro fomite. Fo. eodẽ car. 16. quæqꝫ. ꝓ simplici quæ. Fo. 7. car. 17. abte ꝓ abste. Fo. 9. car. 25. quadã, pro quædam. Ibid. ĩuicta e. ꝓ inuicte. Fo. 11. c. 34. Titulus, De orõne dñica, trãspositus. Fo. 12. car. 33. & alibi pluries. prothoplaustrũ. ꝓ prothoplastũ. Fo. 13. c. 44 infine. 3. Responsio. qua. ꝓ quia. Fo. 14. car. 47. assertionis. ꝓ disceptatiouis, Ibidẽ. Titulus. An qspiã. se eẽ &c. trãspositus. Fo. 15. car. 49. dignis ꝓ dignus. Fo. 16. c. 53. in margine, siluit. ꝓ soluit Ibidẽ. Relinquẽda. ꝓ Relinquendũ. Fo. 17. c. 57 atisfactione, ꝓ satisfactione. Ibidẽ in margine, ubi dicit. chriso. 80. deficit. home. Fo. 18. c. 61. in heretico. ita. ꝓ ista. Fo. Eodẽ. car. 63. in heretico exercetur. ꝓ exicetur. Ibidẽ. excicatum. ꝓ exiccatum. Fo. 19. error in numero. ca. 66. uoluntarié. ꝓ uoluntarie. Ibidem in margine. Hiero. ad amas. ꝓ Damas. Fo. eodẽ. c. 67. in margine, oẽm. ꝓ omnium. ibidẽ, in littera. in uerbo supremum, deficit, e. Fo. 20. car. 70. transposita est quottatio Psal. 33. Ad Esa. Fo. eodẽ. car. 71. Titulus An iustus in oĩ &c. trãspositus. Ibidẽ. ca. 72. Arbitrio. ꝓ Arbitro. Fo. 21. c. 73. natura. ꝓ nãm. & in margine graliã, ꝓ grãm. ꝑparatio. pro præparatio.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T V X Y Z AA BB CC.

Omnes ſunt Duerniones.

APVD ALDI FILIOS,
VENETIIS M D XLIII.
MENSE IVLIO.


AL DVS


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

154